

Geo Duffield

(JOAN. GODOFR. LUD.) KOSEGARTENII

S. S. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE ET LITTERAR. ORIENTAL.
I ACADEMIA GRYPHISVALDENSI PROF. PUBL. ORDIN., SOCIETATUM
PARISIENSIS ASIATICAE, REGIAE BRITANNICAE ASIATICAE, POME-
RANAE ATQUE THURINGICAE ANTIQUITATUM PATRIARUM
SCRUTATORUM SODALIS

CHRESTOMATHIA ARABICA

EX

CODICIBUS MANUSCRIPTIS

PARISIENSIBUS, GOTHANIS ET BEROLINENSIBUS

COLLECTA

ATQUE

TUM ADSCRIPTIS VOCALIBUS, TUM ADDITIS LEXICO

ET

ADNOTATIONIBUS EXPLANATA.

LIPSIAE 1828
SUMTU FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

Tappan Pres. Assocn.
gt.
4-16-1923

PRAEFATIO.

Litteras arabicas Jenae, atque deinde Gryphiswaldiae tradenti mihi haud exiguam utilitatem capturi visi sunt discipuli ex libro, vel academicis scholis explicando, vel si magistro quis careat privatis studiis tractando, qui locos arabicos quum emendate editos, tum vocalibus accuratius adscriptis adjectisque lexico et adnotationibus explanatos juvenibus nobilissimae linguae addiscendae studiosis exhiberet; lexica arabica enim quae exstant ideo a tironibus perraro in usum adhiberi possunt, quia nonnisi magno sumtu parabilia sunt. Hujusmodi librum itaque ad conficiendum quum animum appulissem, eundem non modo discipulis, verum doctioribus viris quoque magis etiam commendabilem me editurum existimavi, si in eum referrem locos ineditos, qui ad illustrandum ingenium Moslemorum eorumque historiam facerent. Quod ut efficerem, ex codicibus manu scriptis Parisiensibus, Gothanis et Berolinensibus, quorum volvendorum copia mihimet ipsi facta fuit, locos ineditos, qui ad tale quid spectare videbantur, elegi, eosque modo supra memorato explanatos hoc libro complexus sum. Singula vero, quae in hoc negotio perficiendo praestare volui, haec potissimum fuerunt.

Primum scripturam vocalibus ita accurate instructam dare volui, ut ubique praeceptis grammaticis satis fieret; quod fieri

propterea necessarium existimavi, quoniam tirones non modo praeceptis grammaticis traditis, verum etiam repetita lectione et pronuntiatione scripturae emendate editae edocendi sunt, pronuntiandum non esse يَسْمُعُ sed يَسْمَعُ, neque gaudium esse فَرْحٌ sed فَرَحٌ; usus adsiduus enim in quacunque re multum docet, ingeniorumque tarditati succurrit. Qui tirones statim ad ea legenda accedunt, quae vel vocalibus perverse adscriptis foedata sunt, vel vocalium signis prorsus carent, iis, ut experientia me docuit, saepenumero accidit, ut perversam vocabulorum pronuntiationem amplectantur, a qua ipsi deinde perquam aegre depelluntur. Recta autem accurataque vocabulorum pronuntiatione etiam apud Arabes solida subtilisque grammaticae cognitio ita nititur, ut qui vocales non ita multum curandas esse putet, ei videndum sit, ne mox totum hujus linguae studium abjiciat. Qui vero in addiscenda lingua nonnihil jam profecerunt, iis certe procedendum est ad legendam scripturam vocalium signis non explanatam; quod ut hoc quoque libro adhibito fieri possit, etiam locos, quibus vocales vel non integrae, vel prorsus nullae adscriptae sunt, in extrema libri parte adjeci.

Deinde allaboravi, ut tales hoc libro reponerem locos, qualibus tractandis tirones potissima linguae parte imbuerentur, qua arabica, quum numeris soluta, tum poetica, longe plurima conscripta sunt, et in quam propterea ubicunque fere incidit qui arabica legit; nolui contra tirones primo statim ad scrutanda singularia quaedam dicendi genera adpellere, quae nonnisi in paucioribus libris arabicis usurpata deprehenduntur; ex quibus sunt sermo ille saepe abruptus, incitatus et subobscurus, quo usus est auctor Korani, atque oratio

priscis poetis Arabibus usitata, concisa illa grandibusque antiquisque verbis ornata, et stilus ille adstrictus, verborum parcus, quo proverbia arabica dicta sunt. Quemadmodum enim qui latinis litteris erudiuntur primos volvendos accipiunt libros Caesaris, Livii, Ciceronis et carmina Virgilii et Horatii, quippe quibus major linguae pars et usitatissima continetur, serius vero adducuntur ad legenda ea, quae singulari quodam colore, eoque vel obsoleto, vel nimis artificioso, tincta videntur, veluti sunt libri Taciti, Apuleii, Tertulliani, et carmina Plauti et Lucretii, ita etiam in addiscendis arabicis primi legendi mihi videntur libri historici stilo puro et simplici exarati, et qui alia argumenta tractant sermone polito, neque tamen artificiòse exornato, deinde vero volvendi ii quoque libri, qui singularia dicendi genera aperiunt, ex quibus sunt Koranus, priscaque carmina et proverbia. Sermo, quo conscriptus Koranus est, in hoc solo libro reperitur; oratio vero, qua El mesûdi et Ettâberi, historici, usi sunt, eam in sexcentis, vel potius in sex millibus librorum usurpatam deprehendes; quam ob rem hac oratione prima tirones imbuere, antiquius rebar. Haec mecum reputans primas dedi aliquot narrationes, ex libro noctium mille atque unius, et aliis hujusmodi libris depromptas, quae res domesticas negotiaque familiaria, simulque ingenium et mores Arabum describunt, stilo simplici et interdum negligentiori exaratas, quem tamen, quantum licebat, ad praecepta grammatica reficere studui; amplam formarum grammaticarum copiam explicandam magistro et discipulis haec exhibent. Adjeci specimina nonnulla magnarum fabularum arabicarum, quas milesias veteres, romanenses vocare solent homines recentiores, ex ea scilicet quae nuncupatur historia bellatorum, atque ex historia Antarae sumta; haec stilo paulo altiori composita

sunt, ad rhythmicum passim accedente. Sequuntur capita nonnulla historica, ex annalibus Ettâberii, El mesûdii, El makrîsii, Ebn challekâni, El isfahânii, magni nominis virorum, hausta. Claudunt agmen aliquot carmina et epigrammata, quae varia argumenta tractant, scripta sermone expolito, attamen planiori, quam qui severus et asper priscis illis poetis, Mohammedis aequalibus, usitatus est.

Libri manu scripti, ex quibus sumta sunt, quae ex mille noctibus atque historia bellatorum et historia Antarae depromta dedi, non ubique satis emendate exarati sunt; sed passim in iis nominativus positus est pro accusativo, atque versa vice pro nominativo accusativus, aliaque hujus generis perversa in iis scripta deprehenduntur, qualia in exarandis libris ab indoctis librariis peccari jam Sacyus plus semel notavit, Gram. arab. part. 2. §. 87; Calila et Dimna, Paris. 1816. pag. 58—60. Quae scripturae perversae inprimis eorum librorum in exemplaribus deprehendi solent, qui leviora argumenta tractant; hi enim libri potissimum ab hominibus indoctis, neque arte grammatica satis imbutis exarabantur et transscribebantur. Ego vero sic existimavi, mei officii esse, ut ex edenda scriptura arabica istas maculas a librariis vel rudibus vel socordibus inductas, quantum possem, tollerem, omniaque quae ponerem ad sana grammaticae praecepta reficerem. Nam, ut vere arabice scribatur, non solum videndum est, ut verba usurpentur ea, quae nemo jure reprehendat, sed etiam ea sic et casibus, et temporibus, et genere, et numero conserventur, ut ne quid perturbatum, ac discrepans, aut praeposterum sit. Neque qui apud nos viri clari libros graecos latinosque ex codicibus manu scriptis edunt, scripturam multifaria librariorum sorde inquinatam typis quoque exscribendam sibi esse ducunt, sed potius

scripturam foedissimis his vitiis quam maxime purgatam. Et quisnam tandem probatum sibi haberet criticum latine doctum, qui non aram, sed arum typis repraesentandum curaret, ita in codice scriptum vocabulum se reperisse affirmans? At inter viros doctos, qui apud nos arabica tractarunt, exstiterunt tamen qui, quae iis fuit religio, scripturas arabicas perversas, librariorum barbarie maculatas, nulla sanandi cura adhibita, etiam typis vulgandas esse existimarent, eo se expurgantes quod dicerent, vulgarem hunc esse Arabum sermonem, quem immutare critico non liceret. Quibus viris assentiri non audeo. Alius enim est sermo arabicus vere vulgaris, cum vocabulis decurtatis, adulteratis barbaricisque, tum formis grammaticis peculiaribus, veluti vocabulis أُورْدِنِي مَتَاعَكْ jussus tuus, أَيُّوَى ita est, عَمَّالْ etenim, يِتْقَدَّمْ praecedit, مُوِيَّة aqua, مَانَّاشِي neque nos, hujusque generis aliis mixtum, qualem in epistolis grammaticae Sacyanae praemissis, atque in dialogis grammaticae Savarianae, Paris. 1813. adjectis reperias; qui sermo corruptus et plebejus emendari nequit, nisi totus fere transformetur, eamque ob causam, quum typis vulgandus sit, etiam mihi intactus, quomodocunque se habeat, edendus videtur. Alius longe vero est sermo arabicus ille simplex quidem et planus, passimque etiam negligens, quo fabulae milesiae pleraeque, narrationesque de rebus domesticis exponentes conscriptae sunt; qui, dummodo maculae a librariis dormitantibus vel grammaticae rudibus ei adspersae tollantur, ad purum emendatumque sermonem arabicum prope accedit. Quo sermone qui libri arabici scripti sunt, eos nonnisi recognitos purgatosque edendos esse duco, ne legentibus nauseam moveant; quamnam enim voluptatem viri cordati ex fabulis nostris vernaculis capere possent,

si abjecto eo sermone expositae ederentur, quo proferuntur sutorum ore sarcinatorumque? Cujus loquelae specimina pauca edidisse satis est.

Porro lexicon adjeci, omnia quae in chrestomathia usurpata inveniuntur vocabula explanans, idque non ex Golio modo vel Castello transscriptum, sed ex Kamûso potius haustum Calecuttae edito, atque ex Haririo Sacyano. Multas vocabulorum formas ac significationes, quae in lexicis Goliano et Castelliano desiderantur, novas addidi; multa quae a Golio et Castellio perverse tradita sunt, emendatiora dedi; praepositionum inprimis vim et significationes varias plenius exponere studui additis exemplis; nomina propria quoque, in quibus pronuntiandis qui apud nos arabica tractant maxime peccare solent, in lexicon recepi omnia, eorumque significationes quodammodo saltem aperire volui. Tametsi enim mei quidem consilii haudquaquam esse poterat, ut dedita opera in hoc libro arctioribus finibus circumscribendo nominum propriorum origines et significationes investigarem, tamen ubicunque opportunum videretur de hac re quaedam memoratu digna adponenda esse existimavi.

Adnotationes denique addidi, quibus quum tirones, quum primum ad legenda arabica accedunt, adjuvare, tum magistros quoque admonere volui, quae maxime inter legendum et interpretandum tractanda, disserenda, et iterum iterumque discipulis inculcanda sint, ne hi etiam postea in parvis, tanquam in difficilioribus haereant, sed accurata linguae peritia imbuantur; nam in studiis grammaticis neque res parvae negligendae sunt, ne forte in parvis graviter labamur. Quibus in adnotationibus saepe etiam discipulos ad relegenda remisi earum grammaticarum capita, quae prae caeteris apud nos in usum adhiberi solent, Sacyi scilicet,

Rosenmulleri et Tychsenii. Commode his adnotationibus usuri sunt ii quoque tirones, qui, quemadmodum ipse per aliquod tempus olim feci, nullo magistro praeeunte, ad legendos libros arabicos se accingunt, eamque ob caussam anxie aliquid quaerunt, unde adjumentum qualecunque sibi parare possint. Copiam adnotationum libenter dedissem majorem, nisi hoc prohibuissent fines libro a bibliopola, viro honesto, constituti; qui etiam commentationes criticas adjicere vetuerunt.

Quae praestare volui, dixi; quae re vera praestitisse me, multum tamen abest ut dicere audeam. Subtilissima enim est lingua arabica, cui ut ubique satis fiat, haud mediocri doctrina industriaque opus est. Quam ob rem quae dedi, miti animo lectores ut accipiant rogo, recordenturque eorum, quae dixit Ebn el athîr, auctor libri qui inscriptus est: Ellobâb fi tehdsîb el anssâb:

إِنَّمَا ٱلسَّيِّدُ مَنْ عُدَّتْ سَقَطَاتُهُ وَأُخِذَتْ غَلَطَاتُهُ

فَهِيَ ٱلدُّنْيَا لَا يَكْمُلُ فِيهَا شَيْءٌ

Superest, ut de fontibus, e quibus locos in chrestomathia repositos hausi, breviter exponam.

1. Historia nummularii Bagdadensis; pag. 1. e libro noctium mille atque unius sumta, et quidem e codice Gothano, quem Moellerus in catalogo librorum manu script. Gothan. Gothae. 1826. pag. 261. notavit numero 915—918. Frequentes vero scripturae locos refeci e codice Parisiensi, narrationes varias complectente, qui inscriptus est تُحْفَةُ ٱلظُّرَفَاءِ فِي حِكَايَاتِ ٱلْخُلَفَاءِ i. e. donum hominum elegantiorum ex historiis principum compositum; quo eadem nummularii historia legitur paulo copiosius exposita.

2. Historia cantatricis Bagdadensis; pag. 22 sumta e libro Gothano, qui inscriptus est: تزيين الأسواق بتفصيل أشواق العشاق تأليف الشيخ الامام العالم المحقق رحمه الله تعالى رحمة واسعة انه على كل شيء قدير i. e. exornatio mercatuum in distinctis amoribus hominum amore percitorum; opus magistri sacrorumque antistis docti, sapientis, quem amplectatur Deus misericordia ampla; hic enim omnia perficere potest. Exponit hic liber de vi virtutibusque amoris, hominibusque sincero amore claris, ipseque epitome est excerpta ex opere majori, de quo mox dicam; codex, forma majori exaratus, in catalogo librorum Gothanorum ex oriente advectorum, quem manu scriptum reliquit Lorsbachius, numero 33. notatus est; quem numerum ei inscripserit Moellerus, reperire non potui. Alterum vero ejusdem libri exemplar Gothae exstat, minori forma minusque emendate scriptum, quod hanc habet inscriptionem: تزيين الأسواق مختصر مصارع العشاق تصنيف الشيخ الامام العلامة زين الدين داود الطبيب غفر الله له ولجميع المسلمين آمين i. e. Exornatio angorum, quae est epitome excerpta ex spasmis hominum amore percitorum; opus magistri, sacrorumque antistitis doctissimi, Sein eddîni dawud ettabîb, cui ignoscat Deus, omnibusque simul Moslemis; amen. Catalog. Lorsbach. nro. 392. Catalog. Moeller. nro. 956.

3. Historia Ammârae; pag. 28. sumta e libro Parisiensi, qui inscriptus est Eswâk el eschwâk أسواق الأشواق من مصارع العشاق i. e. mercatus amorum excerpti ex spasmis

amatorum, vel hominum amore percitorum; auctor libri, qui de vi amoris exponit, iisque quae hominibus amore percitis accidere solent, est El bikâi vel أَبُو ٱلْحَسَنِ إِبْرَاهِيمُ بْنُ عُمَرَ بْنِ حَسَنٍ ٱلرَّبَّاطِ بْنِ عَلِيِّ بْنِ أَبِي بَكْرٍ ٱلْبِقَاعِيُّ. Ipse vero opus suum excerpsit ex majori opere, eadem argumenta tractante, quod inscriptum est مَصَارِعُ ٱلْعُشَّاقِ i. e. spasmi hominum amore afflictorum, atque compositum a scriptore claro, cui nomen أَبُو مُحَمَّدٍ جَعْفَرُ بْنُ أَحْمَدَ ٱلسَّرَّاجُ ٱلْمَعْرُوفُ بِٱلْقَارِئِ ٱلْبَغْدَادِيِّ. Verba أَسْوَاقُ ٱلْأَشْوَاقِ proprie significant: fora desideriorum, vel mercatus amorum; sed dicitur quoque سُوقُ ٱلْحَرْبِ mercatus belli, pro: حَوْمَةُ ٱلْقِتَالِ vehementissimo proelio; quam ob rem hoc loco *mercatus amorum* pro *vehementissimis amoribus* accipi posse videntur. Pro حَسَنُ ٱلرَّبَّاطِ fortasse legendum est حَسَنُ ٱلرِّبَاطِ vel حَسَنُ ٱلرُّبَاطِ.

4. Historia monitoris sinceri; pag. 35. sumta e libro Parisiensi, modo memorato, qui inscriptus est Eswâk el eschwâk. Vir quidam pius, El fodail ben ijâd, austerus officii monitor exsistit chalifae Harûn erraschîd.

5. Historia duorum amicorum; pag. 40. sumta e libro Eswâk el eschwâk. Exponuntur quae de amicorum decessu sentiant Moslemi.

6. De Udsritis aliisque hominibus sincero amore claris; pag. 46. sumta sunt e libro Eswâk el eschwâk. Quid de vi casti amoris sentiant Arabes, his declarantur.

7. De hominibus Deum reverentibus; pag. 54. sumta

sunt e libro Eswâk el eschwâk. Quaenam ex sententia Moslemorum praeceptis divinis insit vis, his exponuntur.

8. Historia servi cruci affixi; pag. 63. sumta e libro Parisiensi, anthologiam poeticam continente, qui inscriptus est ٱلْمَرْجُ ٱلنَّضِرُ وَٱلْأَرَجُ ٱلْعَطِرُ i. e. pratum floridum odorque fragrans, cujus auctor est مُحَمَّدُ بْنُ أَبِي بَكْرٍ ٱلْأَسْيُوطِيُّ. Animi intrepidi exemplum exponit historia.

9. Historia interfectricis heroum; pag. 68. sumta e libro Gothano, quo auctor complexus est fabulam milesiam magnam; inscriptionem habet سِيرَةُ ٱلْمُجَاهِدِينَ وَٱلْأَبْطَالِ ٱلْمُوَحِّدِينَ ٱلدِّلْهِمَةِ وَأَبْوَاهُ مُحَمَّدِ ٱلْبَطَّالِ رَحِمَهُمُ ٱللّٰهُ تَعَالَى آمِينْ i. e. historia bellatorum heroumque piorum, fortium, atque patrum Mohammedis herois, quorum misereatur Deus laudibus celebrandus; amen. Catal. Moeller. nro. 761—772. Vocabulum دِلْهِمَة, quod an cum justis vocalibus scripserim nescio, pluralis est fortasse vocabuli دِلْهَامٌ fortis; praeceptis grammaticis vero magis consentaneum esset دَلَاهِمَةٌ. Carminum, quibus haec fabula distincta est, metra passim turbata esse videntur.

10. Historia Dâdschi servi; pag. 84. sumta ex historia Antarae, herois fortissimi, et quidem e codice Gothano, qui inscriptus est: سِيرَةُ حَيَّةِ بَطْنِ ٱلْوَادِي ٱلْقَادِحِ ٱلزِّنَادِ ٱلرَّفِيعِ ٱلْعِمَادِ بَدْرِ ٱلدَّوْلَةِ عَنْتَرَ بْنِ شَدَّادٍ عَلَى ٱلتَّمَامِ وَٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ عَلَى كُلِّ حَالٍ i. e. historia integra serpentis intimae vallis, contundentis igniaria, excelsa domo residentis, splendentis imperii lunae, Antarae ben scheddâd; celebrandus laudibus

vero est Deus in rebus quibuscunque. Catalog. Moellet. nro. 718—759. Serpentem vallis, حَيَّةُ ٱلْوَادِى, hominem vafrum ferocemque dicunt Arabes; Kam. pag. 1869. Locus, quem ex hoc libro excerptum in chrestomathiam recepi, exponit, quomodo per facinus quoddam perpetratum dignum et forte Antara primam quandam familiaritatem cum Abla contraxerit, puella nobili et formosissima, multis deinde carminibus ab eo celebrata. Rerum ab Antara gestarum expositiones variae, ab hominibus variis traditae, Irakensis scilicet et Hedschasensis, in librum receptae sunt; quod ex loco adparet, qui prius paulo quam is quem edidi in libro expositus legitur, scilicet hoc: وَصَارَ يَرْكَبُ ٱلْخَيْلَ وَٱلْمِهَارَةَ وَيَتَعَلَّمُ عَلَى ظُهُورِهَا ٱلْفُرُوسِيَّةَ وَٱلشَّطَارَةَ وَيَسُوقُ عَلَيْهَا فِي جَانِبِ ٱلْأَقْطَارِ وَيَطْعَنُ بِٱلْقَصَبِ أُصُولَ ٱلْأَشْجَارِ وَيَطْلُبُ لِنَفْسِهِ مَقَامَ ٱلْعِزِّ وَمَنَازِلَ ٱلْإِفْتِخَارِ وَيَتَعَلَّقُ عَلَى مَا تُبْدِيهِ لَهُ نَفْسُهُ مِنْ نَشْدِ ٱلْأَشْعَارِ هٰكَذَا قِيلَ فِي ٱلسِّيرَةِ ٱلْعِرَاقِيَّةِ وَأَمَّا مَا قَالُوا رُوَاةُ ٱلسِّيرَةِ ٱلْحِجَازِيَّةِ فَإِنَّهُ إِذَا كَانَ ٱنْفَرَدَ فِي ٱلْبَرِّ بِنَفْسِهِ يَقُولُ لِأَخِيهِ شَيْبُوبَ أَعْطِنِي عَبَاءَتَكَ يَا شَاطِرَ ٱلسُّودَانِ فَإِذَا أَخَذَهَا يُعَلِّقُهَا عَلَى بَعْضِ ٱلْأَغْصَانِ وَيَرْكَبُ عَنْتَرُ ٱلْخَيْلَ ٱلْجِيَادَ وَمَا يَزَالُ يَطْعَنُ فِيهَا حَتَّى يُهْلِكَ ذٰلِكَ ٱلْجَوَادَ ٱلَّذِي يَرْكَبُهُ وَيَتْرُكُهُ وَيَرْكَبُ غَيْرَهُ وَيَتِمُّ عَلَى مَا هُوَ عَلَيْهِ حَتَّى يُمَزِّقَ عَبَاءَتَهُ وَجَاءَ أَخُوتُهُ i. e: „Ferebatur itaque ille equis pullisque, quorum dorso inhaerens arti equestri operam dabat et lacessitioni;

per camporum tractus volabat, arborum radices jaculis petens, occasionesque sibi quaerens adipiscendae gloriae et honoris, indulgensque studio, in quod animus eum ferebat, recitandorum carminum. Ita traditum est in historia Irakensi. Ab historiae Hedschasensis auctoribus vero prodita haec sunt. In campos vastos ille secedens dixit Scheibûbo, fratri: da mihi togam, tuam, o ferocissime Nigritarum. Quam quum accepisset Antara, in ramo quodam suspendit; deinde conscendit equos generosos, quibus insidens a grassando non destitit, nisi peremto eo quo vehebatur generoso equo; quo relicto mox alium conscendit, et quod sibi sumserat negotium egit, donec tandem ipse discidit togam illam. Tum accesserunt fratres." Quibuscum conferenda sunt, quae in chrestomathia exposita leguntur pag. 96. lin. 1—8.

11. Historia Omari ben hafs ao. H. 151. de provincia Sindia demoti; pag. 98. sumta ex magnis Ettâberii vel Taberistanensis annalibus; et quidem e codice Berolinensi, qui inscriptus est: تَارِيخُ ٱلْمُلُوكِ وَأَعْمَارِهِمْ وَمَوَالِيدِ ٱلرُّسُلِ وَأَنْبَائِهِمْ وَٱلْكَائِنِ ٱلَّذِى كَانَ فِي زَمَنِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ تَأْلِيفُ أَبِي جَعْفَرٍ مُحَمَّدِ بْنِ جَرِيرِ بْنِ يَزِيدَ ٱلطَّبَرِيِّ رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ i. e. annales regum eorumque vitarum, et natalium legatorum Dei eorumque historiarum, atque rerum quae singulorum temporibus evenerunt; opus Abu dschaferis mohammed ben dscherîr ben jesîd Taberistanensis, cujus misereatur Deus. In quo codice edendo integro jam occupor. Rem, cujus expositionem ex annalibus Taberistanensis excerptam in chrestomathia dedi, tribus verbis tetigit Abulfeda, ed. Adler. vol. 2. pag. 28.

12. Expeditio Munasi ao. H. 320. contra Bagdadum suscepta, atque interfectio El moktediri chalifae; pag. 105. sumta haec sunt ex annalibus El mesûdii, et quidem e codice Gothano ao. 617 exarato et ab initio mutilo, cui inscripta haec sunt: ٱلْجِلْدُ ٱلثَّانِي مِنْ تَارِيخِ ٱلْمَسْعُودِيِّ i. e. tomus secundus annalium El mesûdii; Catalog. Moeller. nro. 261. Annales hi res a chalifis Arabibus, tum in Hispania et Africa, tum in Oriente gestas copiosius exponentes diversi sunt ab eo El mesûdii libro, qui prata aurea مُرُوجُ ٱلذَّهَبِ inscriptus est, historiam chalifarum obiter tantum tangente; quamobrem codicem Gothanum opus El mesûdii continere mihi videtur, quod titulum habet أَخْبَارُ ٱلزَّمَانِ i. e. historiae temporis. Locum quendam, qui ad res Karmatitarum spectat, e codice Gothano excerptum, ad De Sacyum misi, ut hunc locum vir humanissimus cum codice Parisiensi prata aurea complectente conferret. Respondit vir celeberrimus: „Si l'ouvrage historique, duquel est tiré le passage joint à votre lettre du 27 juillet, est effectivement de Masoudi, il faut que ce soit ou celui qui a pour titre أَخْبَارُ ٱلزَّمَانِ, ou un autre intitulé ٱلْأَوْسَط. Ce n'est certainement point le مُرُوجُ ٱلذَّهَبِ, où les faits, dont il s'agit dans ce passage, sont racontés très en abregé. Voici d'ailleurs comment s'exprime Masoudi dans le مُرُوجُ ٱلذَّهَبِ man. ar. de la biblioth. du Roi. nro. 599. A:

وَلِلْمُقْتَدِرِ بِٱللَّهِ أَخْبَارٌ حِسَانٌ وَمَا كَانَ فِي أَيَّامِهِ مِنَ ٱلْحُرُوبِ وَٱلْوَقَايِعِ وَأَخْبَارِ ٱبْنِ أَبِي ٱلسَّاجِ وَأَخْبَارُ مُونِسٍ وَأَخْبَارُ سُلَيْمَانَ بْنِ ٱلْحَسَنِ ٱلْجَنَّابِيِّ وَمَا كَانَ مِنْهُ بِمَكَّةَ فِي سَنَةِ سَبْعَ عَشْرَةَ

وثلثماية وغيرها وما كان في المشرق والمغرب وقد أتينا على جميع ذلك في أخبار الزمان مفصلا وفي الكتاب الأوسط مجملا وذكرنا منه في هذا الكتاب لمعا. On peut conclure de là, presque avec certitude, que le manuscrit, que vous avez sous les yeux, est une portion du كتاب أخبار الزمان." Codex Gothanus, quem attente perlegi, cujusque edendi curam, suadente Fraehnio, viro de litteris arabicis praeclare merito, mihi demandaverat Romanzovius, generosus studiorum orientalium quondam fautor, ita comparatus esse mihi videtur, ut jure pro El mesûdii opere haberi possit; quod enim hic codex etiam res in Hispania gestas exponit, id contra El mesûdium auctorem non facit, qui Hispanica quoque tractavit; Conde Geschichte der Herrschaft der Mauren in Spanien; Band 1. Vorrede. pag. XVI; quae de inaugurato El kahero chalifa exponit codex, chrestom. pag. 113. declarant, auctorem haec accepisse ab hominibus, qui rei interfuerunt; quod tempori, quo El mesûdi vixit, consentaneum est. Quam ob rem nescio, an Moellero non assertiendum sit, qui codicem Gothanum false inscriptum se putare dicit. Expeditionem Munasi, quam in chrestomathia dedi, breviter commemorat Abulfeda, ed. Adler. vol. 2. pag. 364. Locus ex pratis aureis excerptus, quem modo arabicum adposui, hic est: „de El moktedir billa multa traduntur memoratu digna; quae vero illius tempore gesta sunt bella editaque proelia, et quae tunc gesserunt Ebn abissâdsch, et Munas, et Soleiman ben el hassan el dschubbâi, et quae ipse egit in urbe Mekka anno trecentesimo et septimo decimo, atque alia, cum quae in regionibus orien-

talibus, tum quae in occidentalibus evenerunt, ea omnia fuse exposuimus in libro Achbâr essemân, atque strictius in libro El awsat; hic vero nonnisi adumbrationem quandam illarum rerum dedimus." Titulus أَلْكِتَابُ أَلْأَوْسَطُ i. e. liber medius, indicare videtur librum mediae molis, qui neque prolixus est, neque adstrictus.

13. Adventus El moïss ledînillae, chalifae Fatemidae, ad urbem El kâhiram, ao. H. 362; pag. 115. Sumta haec sunt ex historia chalifarum Fatemidarum, ab El makrîsio, vel Ebn el makrîsio, scriptore celeberrimo, composita, et quidem e codice Gothano; catalog. Moeller. nro. 252. Praeter quem codicem, a fine, quod valde dolendum est, mutilum, aliud hujus operis exemplar, quantum sciam, adhuc non repertum est; Sacy chrestom. arab. second. edit. vol. 2. pag. 123. 124: „les deux derniers ouvrages indiqués par Abou'l mahasen n'existent, à ma connoissance, dans aucune bibliothèque de l'Europe; il seroit cependant important de les posseder; — l'histoire des khalifes Fatémites sur-tout, écrite par Makrizi, ne pourroit manquer d'être d'un très grand-intérêt." Porro codex Gothanus autographus, id est ab ipsa El makrîsii manu exaratus esse videtur; scriptus est festinante calamo, adjectaque sunt ab eodem calamo in margine additamenta multa; aliis locis contra spatia vacua relicta sunt, quae serius complere voluisse videtur auctor; scriptura codicis, quantum ad litterarum ductus attinet, eadem fere est, quae in alio operis cujusdam Makrisiani exemplari Gothano mutilo cernitur, cui inscripta haec sunt: هَذَا أَلْكِتَابُ بِخَطِّ مُؤَلِّفِهِ i. e. hic liber exaratus est ab ipso ejus auctore. catalog. Moeller. nro. 270. Inscriptio codicis haec est: كِتَابُ أَتِّعَاظِ

ٱلحنفاء بأخبار ٱلخلفاء جمع فقير عفو ٱلله أحمد بن علي بن عبد ٱلقادر بن محمد بن إبراهيم بن محمد بن تميم بن عبد ٱلصمد بن أبي ٱلحسن بن تميم ٱلشهير بٱبن ٱلمقريزي ٱلشافعي غفر ٱلله له وتغمد بفضله زلله i. e. „liber commonitionis orthodoxorum in historiis chalifarum positae; quem collegit is, qui ignoscentis Dei indiget, scilicet Achmed ben ali ben abd el kader ben mohammed ben ibrahim ben mohammed ben temîm ben abd essamad ben abil hassan ben temîm, qui adpellatur Ebn el makrîsi, schafeïtae, cui Deus ignoscat, gratiose condonans quae ab eo peccata sunt.“ Pro بأخبار ٱلخلفاء plenius postea scripsit auctor بأخبار ٱلأئمة ٱلخلفاء i. e. in historiis imamorum chalifarum, vel imamorum qui exstiterunt chalifae, scilicet Fatemidarum; ita nempe titulus libri in quodam praefationis loco scriptus est, quo de instituti sui ratione his verbis disserit auctor: وبعد فإني لما أعانني ٱلله جلت قدرته وتعالت عظمته على إكمال كتاب عقد جواهر ٱلأسفاط في أخبار مدينة ٱلفسطاط وضمنته ما وقعت عليه وأرشدني ٱلله سبحانه إليه من أحوال مدينة ٱلفسطاط منذ ٱفتتح أرض مصر أصحاب رسول ٱلله صلى ٱلله عليه وسلم وصارت دار إسلام إلى أن قدمت جيوش ٱلإمام ٱلمعز لدين ٱلله أبي تميم معد من بلاد ٱلمغرب مع عبده وقايده وكاتبه أبي ٱلحسين جوهر ٱلقايد ٱلصقلبي في سنة ثمان

وخمسين وثلثمائة ونزلت في شمالي الفسطاط بالمناخ وأسس
مدينة القاهرة وحل بها أحببت أن أضع لمن ملك القاهرة من
الخلفاء ديوانا يشتمل على جمل خبرهم ويعرب عن أكثر سيرهم
فجمعت هذا الكتاب وسميته كتاب اتعاظ الحنفاء بأخبار
الأئمة الخلفاء والله تعالى أسأل أن يحفظني فيه وفيما خولني
من دنيا ودين ويجعلني يوم الفزع الأكبر من الآمنين بمنه
وكرمه i. e.: „Deinde haec scias. Postquam me adjuverat Deus, cujus potentia veneranda est cujusque majestas honore celebranda, ad perficiendum librum, qui inscriptus est: monile gemmis arcarum fulgens ex historiis urbis El fostât confectum, atque eo complexus eram quae ipse collegeram et quae venerandus Deus mihi aperuerat ex rebus in urbe El fostât ab eo inde tempore gestis, quo Aegyptus a familiaribus legati Dei, cui bene dicat Deus faveatque, occupata, sedes islamismi facta est, ad illud usque tempus quo terram ingressus est exercitus imâmi El moïss ledinilla abu temîm maadd ex Mauritania accedens cum imâmi servo exercitui praefecto et notario, scilicet Abul hosseino dschauhar praefecto Saklâbita, id est ad annum trecentesimum quinquagesimum octavum, quo exercitus a parte septentrionali urbis El fostât ad cubile camelorum castra posuit, ipse vero princeps fundamenta jecit urbis *El kâhirae*, qua deinde sedem fixit: indicem ego quendam eorum quoque chalifarum, qui El kâhirae imperium tenuerunt, conficere volui, quo eorum fata rite commemora-

rentur, atque res ab iis gestae plane exponerentur. Quem in finem hunc librum composui, quem inscripsi: librum commonitionis orthodoxorum in historiis imamorum chalifarum positae. Deum venerandum vero imploro, ut in hac re tractanda, quemadmodum in caeteris quae ille mihi donavit cum perituris tum aeternis, ipse me tueri, meque die illo maxime expavescendo ad eos qui salvi fiunt referre velit ex gratia sua et magnanimitate." Nomen معد, quod habuit El moïss ledinilla, a De Sacyo in edit. prim. chrestom. ar. vol. 1. pag. 74. scriptum est مَعْدّ, sed in edit. secund. chrestom. ar. vol. 2. pag. 52. quemadmodum etiam in annalib. Abulfed. ed. Adler. vol. 2. pag. 498. factum est, مَعَدّ, quod emendatius positum existimo. Ad initium capitis, quod in chrestomathia dedi pag. 115. auctor in margine codicis Gothani additamentum hoc adscripsit: فِي يَوْمِ ٱلِاثْنَيْنِ لِثَمَانٍ بَقِينَ مِنْ شَوَّالَ سَنَةَ إِحْدَى وَسِتِّينَ وَثَلَثِمِائَةٍ دَخَلَ ٱلْمُعِزُّ لِدِينِ ٱللّٰهِ إِفْرِيقِيَّةَ وَفِي يَوْمِ ٱلِاثْنَيْنِ رَابِعَ عَشَرَ مِنْ جُمَادَى ٱلْأُولَى سَنَةَ ٱثْنَتَيْنِ وَسِتِّينَ نَزَلَ بِقَصْرِهِ خَارِجَ بَرْقَةَ وَوَصَلَ إِلَى ٱلْإِسْكَنْدَرِيَّةِ يَوْمَ ٱلْجُمْعَةِ لِسِتٍّ بَقِينَ مِنْ شَعْبَانَ وَنَزَلَ تَحْتَ مَنَارَتِهَا ثُمَّ سَارَ i. e.: „die lunae, et quidem octo restantibus noctibus de mense Schewwâl anni trecentesimi sexagesimi primi ingressus est El moïss ledinilla urbem Ifrikijja, atque die lunae, scilicet quarto decimo primi mensis Dschomâda, anno sexagesimo secundo ad castellum suum prope Barkam situm accessit; ad Alexandriam vero pervenit die veneris, sex restantibus noctibus

de mense Schabân, castraque posuit prope turrem hujus urbis; deinde profectus est." Post verba ثمّ سار auctor procul dubio legi voluit, quae in chrestomathia pag. 115. posita sunt prima; scilicet ونزل المعزّ الى الجيزة الخ atque castra posuit El moïss ad El dschisam, etc. Additamentum aliud in margine codicis Gothani adscripsit auctor ad locum, chrestom. pag. 121. quo de umbella sacra الشمسيّة ab El moïsso confecta agitur, et quidem hoc:

أوّل من عمل الشمسيّة للكعبة أمير المومنين جعفر المتوكّل على الله فبعث بسلسلة من ذهب كانت تعلّق مع الياقوتة التى بعثها المامون وصارت تعلّق كلّ سنة فى وجه الكعبة فكان يوتى بهذه السلسلة فى كلّ موسم وفيها شمسيّة مكلّلة بالدرّ والياقوت والجوهر قيمتها شىء كثير فتقدّم بها قايد يبعث به من العراق فتدفع الى حجبة الكعبة ويشهد عليهم بقبضها فيعلّقونها يوم سادس الثمان فتكون على الكعبة ثمّ تنزع يوم التروية i. e.: „Primus vero umbellam Kaabae paravit princeps fidelium Dschafer el motewekkel alalla; hic enim eo misit catenam auream, quae suspendebatur una cum hyacintho illo, quem miserat El mamûn; et quidem ab eo inde tempore singulis annis in fronte Kaabae suspensa est, quae quocunque conventu sacro hac catena muniebatur. Catenae affixa erat umbella magni pretii, margaritis, hyacinthis aliisque gemmis coronata, quam

praefectus quidam ex Irâka missus secum advehebat; tradebatur ea deinde janitoribus Kaabae, quos eam accepisse dato testimonio significabatur. Tum ab his umbella die sexto octo dierum suspensa in Kaaba fixa cernebatur, donec detraheretur die Terwijae.“ Adventum El moïss ledinillae ad El kahiram breviter commemoravit Abulfeda, ed. Adler. vol. 2. pag. 498.

14. De Hammâdo, narratore insigni memoria claro; pag. 124. sumta sunt ex libro historico Ebn challekâni, qui inscriptus est وَفَيَاتُ ٱلْأَعْيَانِ وَأَنْبَآءُ أَبْنَآءِ ٱلزَّمَانِ i. e. mortes principum atque historiae filiorum temporis. Scripturam sumsi e codice Gothano, Catalog. Moeller. nro. 414. atque duobus codicibus Berolinensibus.

15. De Assa el meila, cantatrice clara; pag. 130. sumta sunt e codice Parisiensi, quo continetur magnus cantilenarum liber كِتَابُ ٱلْأَغَانِي ٱلْكَبِيرُ quem composuit Abul faradsch ali ben hossein el isfahâni, vel: el isbahâni, i. e. Isfahanensis. In usum meum adhibui quoque epitomen Gothanam ex eodem opere excerptam, Catalog. Moeller. nro. 532.

16. De Dschemilo ben mâmer, poëta Udsrita claro; pag. 141; sumta sunt e libro Parisiensi, qui inscriptus est Eswâk el eschwâk, supra memorato, ad nro. 3.

17. Carmina ab auctoribus variis edita; pag. 151 — 176. deprompta sunt omnia, excepto uno, e libro Parisiensi, qui inscriptus est: pratum floridum odorque fragrans, supra memorato, ad nr. 8; unum vero, quod pag. 154 legitur

a Saîdo ben hamîd editum, ex magno cantilenarum libro كتاب الأغاني الكبير sumsi. Varia argumenta haec carmina celebrant, abstinentiam, modestiam, patientiam, mansuetudinem, jocationem, fugam temporis, fortunam, cantum columbae, amorem, venustatem mulierum, splendorem novi veris, vinum, potum matutinum, lenem auram, poma aurantia alta nive inspersa, murmurantes undas ramosque flexiles. Quae denique a pag. 168 ad pag. 176 posita leguntur, epigrammata sunt in varios flores pomaque varia dicta, et quidem in nymphaeam, narcissum, rosam, violam, leucoïon, jasminum, rosam caninam, ocimum, florem mali granatae, florem pomi aureae, florem amygdali, florem mali persicae, salicem, tamaricem; deinde in pomum, malum citreum, malum armeniacum, amygdalum, malum aureum, pistacium, pirum, dactylos, ficum et arundinem sacchari. Ex quo genere multa apud Arabes reperiuntur lepide et acute dicta.

Qui vero, postquam hac chrestomathia tractata in legendis arabicis aliquantum se exercuerunt, ad altiora et difficiliora progredi cupiunt, iis inprimis commendandam habeo chrestomathiam arabicam amplam, a Silvestro de Sacy, viro in his litteris apud nos principe, Lutetiae, ao. 1826 iterum editam, justa laude cumulatam, ex qua id quoque tirones discant, quam multa in libris arabicis consignata sint lectu digna. Quo cum volvendo libro praeclaro utiliter etiam conjungetur lectio anthologiae arabicae, a Grangeret de Lagrange, viro sermonis arabici peritissimo, Lutetiae, ao. 1828 editae, qua auctor praeclara multa, ex poësi Arabum deprompta, complexus est. Etsi enim hi libri adjectis lexicis explanati non sint, additae

tamen translationes et adnotationes aditum ad eos tironibus minus impeditum reddunt.

Denique mei officii hoc loco esse putavi, ut J. H. Moellero, viro doctissimo, qui, qua est humanitate, codices Gothanos quaerenti mihi officiose obtulit, eosque volvendos benigne semper permisit, pro tam magno beneficio justas debitasque gratias agam.

Scripsi Gryphisvaldiae mense Maio a. MDCCCXXVIII.

Jo. Godofr. Lud. Kosegarten.

بِسْمِ ٱللهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ وَهُوَ حَسْبِي وَنِعْمَ ٱلْوَكِيلُ

قِصَّةُ ٱلصَّيْرَفِيِّ ٱلْبَغْدَادِيِّ

وَهِيَ مَأْخُوذَةٌ مِنْ كِتَابِ أَلْفِ لَيْلَةٍ وَلَيْلَةٍ

حُكِيَ وَٱللهُ أَعْلَمُ بِغَيْبِهِ وَأَحْكَمُ وَأَلْطَفُ وَأَرْحَمُ فِيمَا مَضَى وَتَقَدَّمَ وَسَلَفَ مِنْ أَحَادِيثِ ٱلْأُمَمِ أَنَّ ٱلْمُعْتَضِدَ بِٱللهِ كَانَ عَالِيَ ٱلْهِمَّةِ كَبِيرَ ٱلنَّفْسِ عَادِلًا لَهُ بِبَغْدَادَ سِتُّمِائَةِ صَاحِبِ خَبَرٍ فَمَا كَانَ يَخْفَى عَلَيْهِ مِنْ أُمُورِ ٱلنَّاسِ شَيْءٌ فَخَرَجَ هُوَ وَٱبْنُ حَمْدُونَ يَوْمًا لِيَتَفَرَّجُوا عَلَى ٱلْأَعْوَامِ وَيَسْمَعُوا مَا يَتَجَدَّدُ مِنْ أَخْبَارِ ٱلنَّاسِ فَحَمِيَ عَلَيْهِمُ ٱلْحَرُّ وَٱلْهَجِيرُ وَقَدِ ٱنْتَهَوْا إِلَى شَارِعٍ نَظِيفٍ فَرَأَوْا فِي رَأْسِ ٱلزُّقَاقِ دَارًا حَسَنَةً شَاهِقَةَ ٱلْبُنْيَانِ فَجَلَسُوا عَلَى ٱلْبَابِ لِيَسْتَرِيحُوا فَخَرَجَ مِنْ تِلْكَ ٱلدَّارِ خَادِمٌ وَمَعَهُ آخَرُ كَأَنَّهُ قِطْعَةُ قَمَرٍ وَأَحَدُهُمَا يَقُولُ لِصَاحِبِهِ إِنَّ أُسْتَاذَنَا ٱلْيَوْمَ ضَيِّقُ ٱلصَّدْرِ لِأَنَّهُ قَدْ صَارَ هٰذَا ٱلْوَقْتَ وَمَا أَتَاهُ أَحَدٌ وَهُوَ يُحِبُّ ٱلضَّيْفَ فَأَعْجَبَ ٱلْخَلِيفَةَ كَلَامُهُ وَقَالَ هٰذَا دَلِيلٌ عَلَى كَرَمِ صَاحِبِ هٰذِهِ ٱلدَّارِ

وَلَا بُدَّ أَنْ نَدْخُلَ ٱلْيَوْمَ إِلَيْهِ لِنَنْظُرَ مُرُوَّتَهُ وَكَرَمَهُ وَلِيَكُونَ ذَلِكَ سَبَبًا إِلَى نِعْمَةٍ تَصِلُ إِلَيْهِ مِنَّا ثُمَّ قَالَ لِلْخَادِمِ ٱسْتَأْذِنْ سَيِّدَكَ عَنْ قَوْمٍ غُرَبَآءَ وَكَانَ ٱلْخَلِيفَةُ فِي ذَلِكَ ٱلزَّمَانِ إِذَا أَرَادَ ٱلْفُرْجَةَ عَلَى ٱلْأَعْوَامِ يَتَنَكَّرُ فِي زِيِّ ٱلتُّجَّارِ فَفَرِحَ ٱلْخَادِمُ وَدَخَلَ عَلَى سَيِّدِهِ وَأَخْبَرَهُ فَفَرِحَ وَقَامَ قَائِمًا وَهُوَ كَأَنَّهُ قَضِيبُ بَانٍ وَخَرَجَ إِلَيْهِمْ بِنَفْسِهِ وَإِذَا بِهِ جَمِيلُ ٱلصُّورَةِ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ وَعَلَيْهِ قَمِيصٌ سَابُورِيٌّ وَرِدَآءٌ بِذَهَبٍ أَمِيرِيٍّ وَخَوَاتِيمُ فِي أَصَابِعِهِ مِنْ سَائِرِ ٱلْمَعَادِنِ وَٱلْيَوَاقِيتِ وَهُوَ مُنْعَجِنٌ بِٱلطِّيبِ فَحِينَ رَآهُمْ قَالَ مَرْحَبًا وَأَهْلًا وَسَهْلًا بِٱلسَّادَةِ ٱلْمُنْعِمِينَ ٱلْمُتَفَضِّلِينَ إِنْعَامًا عَلَيْنَا

قَالَ ٱبْنُ حَمْدُونَ فَدَخَلْنَا إِلَى دَارٍ كَأَنَّهَا ٱلْجَنَّةُ وَفِي وَسَطِهَا بُسْتَانٌ مُخْتَتَمُ ٱلْحِيطَانِ وَهِيَ مُصَوَّرَةٌ عَلَى مِثَالِ مَلِكَيْنِ فِي ٱلْحَرْبِ وَفِيهَا مِنْ جَمِيعِ ٱلْأَشْيَآءِ مَا بَيْنَ رَاكِبٍ وَمَاشٍ وَطَائِرٍ مُذَهَّبَةٍ وَٱلدَّارُ تَدْهَشُ بِٱلْبَصَرِ وَهِيَ مَفْرُوشَةٌ بِأَنْوَاعِ ٱلْحَرِيرِ وَٱلدِّيبَاجِ فَرُفِعَ لَهُمْ مِنْ مَرْتَبَتٍ فَجَلَسُوا عَلَيْهِ وَجَعَلَ ٱلْمُعْتَضِدُ يَتَأَمَّلُ ٱلدَّارَ وَٱلْفَرْشَ وَٱلسُّتُورَ قَالَ ٱبْنُ حَمْدُونَ فَرَأَيْتُ وَجْهَ ٱلْخَلِيفَةِ وَقَدْ تَغَيَّرَ وَكُنْتُ أَعْرِفُهُ فِي حَالِ ٱلرِّضَى وَٱلْغَضَبِ فَلَمَّا رَأَيْتُهُ قُلْتُ فِي نَفْسِي يَا تُرَى مَا ذَا بِهِ حَتَّى غَضِبَ ثُمَّ جَآؤُا بِطَشْتٍ مِنَ ٱلذَّهَبِ فَغَسَلْنَا أَيْدِينَا ثُمَّ جَآؤُا بِسُفْرَةٍ مِنَ ٱلْحَرِيرِ وَمَائِدَةٍ مِنَ ٱلْخَيْزُرَانِ

فَكُشِفَتْ فَإِذَا فِيهَا طَعَامٌ كَزَهْرِ ٱلرَّبِيعِ أَلْوَانٌ أَلْوَانٌ ثُمَّ قَالَ صَاحِبُ ٱلدَّارِ بِسْمِ ٱللّٰهِ يَا سَادَةُ أَنَا وَٱللّٰهِ قَدْ مَضَّنِي ٱلْجُوعُ بِسْمِ ٱللّٰهِ أَنْعِمُوا وَتَفَضَّلُوا وَكُلُوا وَجَعَلَ يُكَسِّرُ ٱلدَّجَاجَ وَيَضَعُهَا بَيْنَ أَيْدِينَا وَيَضْحَكُ وَيُحَدِّثُنَا وَيُنْشِدُنَا ٱلْأَشْعَارَ وَيَرْوِي ٱلْأَخْبَارَ مِمَّا يَلِيقُ بِٱلْمَجْلِسِ ثُمَّ جَاءُوا بِٱلْحَلْوَى ٱلزَّكِيَّةِ ٱلرَّائِحَةِ فِي أَنْوَاعِ ٱلْأَوَانِي ٱلْفَاخِرَةِ فَأَكَلْنَا وَغَسَلْنَا أَيْدِينَا وَنُقِلْنَا إِلَى مَجْلِسٍ آخَرَ قَدْ رُشَّ بِمَاءِ ٱلْوَرْدِ وَبُخِّرَ بِٱلْعُودِ وَفِي ذَلِكَ طَبَقُ ٱلْفَاكِهَةِ مِنَ ٱلتُّفَّاحِ وَٱلرَّيْحَانِ وَٱلْبَنُوفَرِ وَقَدْ صَارَ ٱلْمَكَانُ يُدْهِشُ ٱلْأَبْصَارَ قَالَ ٱبْنُ حَمْدُونَ وَمَعَ ذَلِكَ كُلِّهِ ٱلْخَلِيفَةُ لَا يَضْحَكُ وَهُوَ مُعَبِّسٌ وَعَادَتُهُ يَنْبَسِطُ لِأَنَّهُ يُحِبُّ ٱللَّهْوَ وَٱلْاِنْشِرَاحَ وَأَنَا أَعْرِفُهُ غَيْرَ حَسُودٍ وَلَا ظَلُومٍ وَأَنَا أَقُولُ فِي نَفْسِي يَا تَرَى لِأَيِّ شَيْءٍ هُوَ مُعَبِّسُ ٱلْوَجْهِ ثُمَّ جِيءَ بِأَطْبَاقِ ٱلشَّرَابِ بِمَرَاكِنِهَا وَمَرَاسِمِهَا وَفِيهَا مِنَ ٱلشَّرَابِ ٱلصِّرْفِ ٱلْمُعَطَّرِ ٱلْمُرَوَّقِ وَبَوَاطٍ وَطَاسَاتٍ مِنْ ذَهَبٍ وَفِضَّةٍ وَبَلُّورٍ وَقَدَّمَ لَنَا أَنْوَاعَ ٱلنُّقْلِ وَٱلْفَوَاكِهِ فِي أَوَانِي ٱلْفِضَّةِ وَٱلذَّهَبِ وَضَرَبَ صَاحِبُ ٱلدَّارِ عَلَى ٱلْمُدَارَةِ بِقَضِيبِ ٱلْخَيْزُرَانِ فَإِذَا بِبَابِ مَقْصُورَةٍ فُتِحَ وَخَرَجَ مِنْهَا ثَلَاثُ جَوَارٍ نُهَّدٍ أَبْكَارٍ كَٱلشُّمُوسِ وَٱلْأَزْهَارِ وَاحِدَةٌ عَوَّادَةٌ وَٱلْأُخْرَى جَنْكِيَّةٌ وَٱلثَّالِثَةُ رَقَّاصَةٌ قَالَ ٱبْنُ حَمْدُونَ وَضَرَبُوا بَيْنَنَا سِتَارَةً مِنَ ٱلدِّيبَاجِ بِشَرَارِيبِ إِبْرِيسَمٍ وَحَلَقٍ مِنْ

ذَهَبَ فَلَمْ يَلْتَفِتِ ٱلْمُعْتَضِدُ إِلَى هٰذَا كُلِّهِ لَكِنَّهُ نَظَرَ إِلَى صَاحِبِ ٱلدَّارِ وَقَالَ أَشَرِيفٌ أَنْتَ أَخْبِرْنِي عَنْ حَالِكَ وَصَاحِبُ ٱلدَّارِ لَمْ يَعْلَمْ مَنْ هُوَ ٱلَّذِي عِنْدَهُ فَقَالَ ٱلرَّجُلُ وَٱللّٰهِ يَا سَيِّدِي مَا أَنَا شَرِيفًا وَلَكِنْ أَنَا رَجُلٌ مِنْ أَوْلَادِ ٱلتُّجَّارِ أُعْرَفُ بِعَلِيِّ بْنِ أَحْمَدَ ٱلْخُرَاسَانِيِّ فَقَالَ ٱلْمُعْتَضِدُ أَتَعْرِفُنِي يَا رَجُلُ فَقَالَ ٱلرَّجُلُ وَٱللّٰهِ يَا سَيِّدِي لَمْ يَكُنْ لِي عِلْمٌ بِأَحَدٍ مِنْ جَنَابِكُمُ ٱلْكَرِيمِ فَقَالَ لَهُ ٱبْنُ حَمْدُونَ يَا رَجُلُ هٰذَا ٱلْمُعْتَضِدُ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ ٱبْنُ ٱلْمُتَوَكِّلِ عَلَى ٱللّٰهِ فَقَامَ ٱلرَّجُلُ وَقَبَّلَ ٱلْأَرْضَ بَيْنَ يَدَيِ ٱلْخَلِيفَةِ سَبْعَ مَرَّاتٍ وَوَقَفَ يَرْتَعِدُ مِنْ خَوْفِهِ وَقَالَ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ بِحَقِّ آبَائِكَ ٱلطَّاهِرِينَ إِنْ كَانَ لِي زَلَّةٌ أَوْ أَخْطَأْتُ بَيْنَ يَدَيْكَ فَٱعْفُ عَنِّي فَقَالَ لَهُ ٱلْمُعْتَضِدُ أَمَّا مَا صَنَعْتَهُ فَلَا مَزِيدَ عَلَيْهِ وَإِنَّمَا هَاهُنَا شَيْءٌ إِنْ صَدَّقْتَنِي حَدِيثَهُ وَٱسْتَقَرَّ ذٰلِكَ فِي عَقْلِي نَجَوْتَ مِنِّي وَإِنْ لَمْ تُعَرِّفْنِي صِحَّتَهُ أَخَذْتُكَ بِحُجَّةٍ وَاضِحَةٍ وَعَذَّبْتُكَ عَذَابًا مُوجِعًا قَالَ مَعَاذَ ٱللّٰهِ أَنْ أُحَدِّثَكَ بِٱلْمُحَالِ فَقَالَ ٱلْخَلِيفَةُ أَنَا مِنْ حِينِ دَخَلْتُ ٱلدَّارَ أَنْظُرُ إِلَى حُسْنِهَا وَأَوَانِيهَا وَفَرْشِهَا وَزِينَتِهَا حَتَّى ثِيَابِكَ فَإِذَا عَلَيْهَا مَكْتُوبٌ ٱسْمُ جَدِّي ٱلْمُتَوَكِّلِ قَالَ ٱلرَّجُلُ نَعَمْ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ ٱلْحَقُّ مَعَكَ وَٱلصِّدْقُ وِدَادُكَ لَا سِيَّمَا بِحَضْرَتِكَ فَأَمَرَهُ بِٱلْجُلُوسِ فَجَلَسَ فَقَالَ حَدِّثْنِي

فَقَالَ نَعَمْ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ أَعْلَمْ أَيَّدَكَ ٱللّٰهُ بِنَصْرِهِ أَنَّهُ
لَمْ يَكُنْ فِي بَغْدَادَ أَيْسَرُ مِنْ أَبِي وَلَكِنْ أَخْلِ لِي سَمْعَكَ وَبَصَرَكَ
يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ وَكَانَ أَبِي بِسُوقِ ٱلصَّرْفِ وَٱلْعَطَّارِينَ وَٱلْبَزَّازِينَ
لَهُ بِكُلِّ سُوقٍ حَانُوتٌ وَوَكِيلٌ وَلَهُ بَضَائِعُ مِنْ سَائِرِ ٱلْأَصْنَافِ
وَكَانَ لَهُ فِي سُوقِ ٱلصَّرْفِ حُجْرَةٌ لَطِيفَةٌ مِنْ دَاخِلِ ٱلدُّكَّانِ وَٱلدُّكَّانُ
لِلْبَيْعِ وَٱلشِّرَاءِ وَٱلْحُجْرَةُ لِلْخَلْوَةِ يَعْمَلُ فِيهَا وَحْدَهُ وَكَانَ مَالُهُ يَكْثُرُ
وَيَزِيدُ وَلَمْ يَكُنْ لَهُ وَلَدٌ غَيْرِي وَكَانَ مُحِبًّا لِي مُشْفِقًا عَلَيَّ
يُدَلِّلُنِي إِلَى أَنْ كَبِرْتُ فَحِينَ حَضَرَتْهُ ٱلْوَفَاةُ ٱسْتَدْعَانِي وَأَوْصَانِي
بِتَقْوَى ٱللّٰهِ تَعَالَى وَعَرَّفَنِي بِجَمِيعِ مَا يَتْرُكُهُ وَبِطَاعَةِ وَالِدَتِي
وَٱلرُّجُوعِ إِلَى قَوْلِهَا فَتُوُفِّيَ إِلَى رَحْمَةِ ٱللّٰهِ تَعَالَى وَأَبْقَى ٱللّٰهُ مَوْلَانَا أَمِيرَ
ٱلْمُؤْمِنِينَ فَأَكَلْتُ وَشَرِبْتُ وَٱتَّخَذْتُ ٱلْأَصْحَابَ وَٱلْأَصْدِقَاءَ وَأُمِّي
تَعْذِلُنِي وَتَلُومُنِي فَلَا أَسْمَعُ كَلَامَهَا حَتَّى ذَهَبَ ٱلْمَالُ جَمِيعُهُ
وَبِعْتُ ٱلْعَقَارَ وَلَمْ يَبْقَ لِي شَيْءٌ غَيْرَ ٱلدَّارِ ٱلَّتِي أَنَا سَاكِنُهَا
وَكَانَتْ دَارًا حَسَنَةً فَقُلْتُ لِأُمِّي أُرِيدُ أَنْ أَبِيعَ ٱلدَّارَ فَقَالَتْ يَا
بُنَيَّ تَفْتَضِحُ وَتَفْضَحُنَا وَتَتْرُكُنَا لَا نَعْلَمُ أَيَّ مَكَانٍ نَأْوِي إِلَيْهِ
فَقُلْتُ أَشْتَرِي بِبَعْضِ ثَمَنِهَا دَارًا وَأَتَّجِرُ بِٱلْبَاقِي فَقَالَتْ بِكَمْ فِي
ذِهْنِكَ تَبِيعُهَا قُلْتُ بِخَمْسَةِ آلَافِ دِينَارٍ أَشْتَرِي مِنْهَا دَارًا بِأَلْفِ
دِينَارٍ ثُمَّ أَتَّجِرُ بِٱلْبَاقِي قَالَتْ فَتَبِيعُنِي ٱلدَّارَ بِهٰذَا ٱلْمِقْدَارِ قُلْتُ

نَعَمْ فَجَاءَتْ إِلَى طَابِقَةٍ وَكَشَفَتْهَا وَإِذَا بَرْنِيَّةٌ صِينِيٌّ فِيهَا خَمْسَةُ آلَافِ دِينَارٍ فَتَخَيَّلَ لِي أَنَّ ٱلدَّارَ كُلَّهَا ذَهَبٌ ثُمَّ قَالَتْ لِي يَا بُنَيَّ لَا يُتَصَوَّرْ فِي عَقْلِكَ أَنَّ هَذَا مِنْ مَالِ أَبِيكَ وَٱللّٰهِ يَا بُنَيَّ هَذَا تَرِكَةُ أَبِي ٱدَّخَرْتُهُ لِمِثْلِ هَذِهِ ٱلضِّيقَةِ قَالَ فَأَخَذْتُ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ مِنْهَا ٱلْمَالَ وَقَعَدْتُ إِلَى مَا كُنْتُ عَلَيْهِ مِنَ ٱلْأَكْلِ وَٱلشُّرْبِ وَٱلصُّحْبَةِ إِلَى أَنْ نَفِدَتِ ٱلْخَمْسَةُ آلَافِ دِينَارٍ وَأُمِّي تَنْصَحُنِي وَأَنَا لَا أَقْبَلُ مِنْهَا نَصِيحَةً فَلَمَّا نَفِدَ ٱلْمَالُ قُلْتُ لَهَا يَا أُمِّي أُرِيدُ أَنْ أَبِيعَ ٱلدَّارَ فَقَالَتْ أَلَمْ تَكُنْ بِعْتَنِي إِيَّاهَا فَكَيْفَ تَسْتَحِلُّ بَيْعَهَا ثَانِيًا فَقُلْتُ لَا تُطِيلِي لَا بُدَّ مِنْ بَيْعِهَا فَقَالَتْ بِعْنِي إِيَّاهَا عَلَى شَرْطٍ ثُمَّ أَخْرَجَتْ لِي خَمْسَةَ عَشَرَ أَلْفَ دِينَارٍ عَلَى أَنْ تَتَوَلَّى فِي أَمْرِي بِنَفْسِهَا فَأَجَبْتُهَا إِلَى ذَلِكَ فَطَلَبَتْ وُكَلَاءَ أَبِي وَأَعْطَتْ كُلَّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ أَلْفَ دِينَارٍ وَأَعْطَتْنِي خَمْسَةَ آلَافِ دِينَارٍ فَقَعَدْتُ فِي حُجْرَتِي وَجَاءُوا جَمِيعُ أَصْحَابِي وَصَارَ ٱلنَّاسُ يَبْتَاعُونَ مِنِّي وَأَبْتَاعُ مِنْهُمْ وَطَابَ لِي ٱلرِّبْحُ وَٱلْمَكَاسِبُ وَكَثُرَ مَالِي فَلَمَّا رَأَتْنِي أُمِّي عَلَى تِلْكَ ٱلْحَالَةِ أَظْهَرَتْ لِي أَسْفَاطًا فِيهَا جَوْهَرٌ وَآنِيَةٌ مِنَ ٱلذَّهَبِ وَٱلْفِضَّةِ ثُمَّ عَادَتْ إِلَيَّ أَمْلَاكِي ٱلَّتِي كَانَ وَقَعَ فِيهَا ٱلتَّفْرِيطُ وَأَكْثَرُ وَبَقِيتُ عَلَى هَذَا ٱلْحَالِ مُدَّةً فَٱشْتَقْتُ أَنْ أَنْظُرَ دُكَّانِي ٱلَّتِي كَانَتْ لِأَبِي فِي سُوقِ ٱلصَّرْفِ فَطَابَتْ لِي فَنَقَلْتُ جَمِيعَ حَوَائِجِي إِلَيْهَا فَكَانَ

رزقي بها واسع أكثر من الأوّل وجاؤا وكلّمني فأعطيتهم البضائع ثمّ بنيت في الدكان حجرة ثانية

فأنا جالس فيها يا أمير المؤمنين يومًا من الأيام وإذا بجارية أقبلت لم تر العيون أجمل منها منظرًا وقالت أهذه حجرة الشيخ أبي الحسن ابن أحمد الخراساني قلت نعم قالت وأين هو قلت أنا هو فتحيّرت يا أمير المؤمنين وغاب رشدي من حسنها وجمالها فجلست وقالت قل لغلامك فيزن ثلثمائة دينار فأمرته فوزن لها فأخذتها وانصرفت وأنا مندهش العقل فقال لي غلامي أتعرفها قلت لا والله قال فلم قلت لي زن لها فقلت والله ما تمالكت عقلي ممّا بهرني من جمالها وما تمالكت نفسي فقام الغلام وتبعها من غير علمي ثمّ عاد إليّ وهو يبكي وفي وجهه أثر لطمة وضربة فقلت له ما بالك قال تبعت الجارية حتّى أنظر أين تمضي فلمّا أحسّت بي رجعت إليّ ولطمتني هذه اللطمة كادت تقلع بها عيني قال فمكثت شهرًا لم أرها يا أمير المؤمنين وأنا مغرم بها أراها كلّ ليلة في المنام فلمّا كان آخر الشهر وإذا بها وقد دخلت وسلّمت فكدت أطير فرحًا وسرورًا فسألتني عن خبري وقالت ما قلت كيف خبر هذه المحتالة أخذت مالي وانصرفت فقلت والله يا مولاتي إن

مَالِي وَرُوحِي مِلْكٌ لَكِ فَسَفَرَتْ عَنْ وَجْهِهَا لِتَسْتَرِيحَ وَٱلْحَلْيُ يَلْعَبُ عَلَى صَدْرِهَا ثُمَّ قَالَتْ لِي زِنْ لِي ثَلَثَمِأَيَةِ دِينَارٍ فَقُلْتُ سَمْعًا وَطَاعَةً فَوَزَنْتُ لَهَا ٱلذَّهَبَ فَأَخَذَتْهُ وَٱنْصَرَفَتْ فَقُلْتُ لِلْغُلَامِ ٱتْبَعْهَا فَتَبِعَهَا ثُمَّ عَادَ إِلَيَّ وَهُوَ مَصْقُوعٌ فَبَقِيتُ مُدَّةً وَهِيَ لَمْ تَأْتِ حَتَّى إِذَا كَانَ ذَاتَ يَوْمٍ فَإِذَا بِهَا قَدْ أَقْبَلَتْ فَجَلَسَتْ وَتَحَدَّثَتْ سَاعَةً ثُمَّ قَالَتْ لِي زِنْ لِي خَمْسَمِأَيَةِ دِينَارٍ فَإِنِّي قَدِ ٱحْتَجْتُ إِلَيْهَا فَأَرَدْتُ أَنْ أَقُولَ لَهَا عَلَى أَيِّ شَيْءٍ أُعْطِيكِ مَالِي وَٱلَّذِي بِقَلْبِي يَمْنَعُنِي ٱلْكَلَامَ وَأَنَا يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ إِذَا رَأَيْتُهَا تَرْتَعِدُ مَفَاصِلِي وَيَصْفَرُّ لَوْنِي وَأَنْسَى مَا أَقُولُ وَأَنَا كَمَا قَالَ بَعْضُهُمْ

شِعْرٌ

فَمَا هُوَ إِلَّا أَنْ أَرَاهَا فُجَاءَةً
فَأُبْهَتُ حَتَّى لَا أَكَادُ أُجِيبُ
فَأَرْجِعُ عَنْ رَأْيِ ٱلَّذِي كُنْتُ أَرْتَأِي
وَأَنْكُرُ مَا أَعْدَدْتُ حِينَ تَغِيبُ

فَأَعْطَيْتُهَا خَمْسَمِأَيَةِ دِينَارٍ فَأَخَذَتْهَا وَقَامَتْ فَتَبِعْتُهَا أَنَا بِنَفْسِي حَتَّى جَاءَتْ إِلَى سُوقِ ٱلْجَوْهَرِ وَتَقَدَّمَتْ إِلَى إِنْسَانٍ وَأَخَذَتْ مِنْهُ عِقْدًا مِنَ ٱلْحَبِّ بِخَمْسِمِأَيَةِ دِينَارٍ فَٱلْتَفَتَتْ فَرَأَتْنِي فَقَالَتْ لِي زِنْ خَمْسَمِأَيَةِ دِينَارٍ فَقُلْتُ لِصَاحِبِ ٱلْعِقْدِ ٱكْتُبْ عَلَيَّ

خَمْسمِائَةِ دِينَارٍ فَقَامَ صَاحِبُهُ وَخَدَمَنِي وَقَالَ سَمْعًا وَطَاعَةً ثُمَّ تَبِعْتُهَا فَجَاءَتْ إِلَى ٱلْعَطَّارِينَ وَأَخَذَتْ مِنْهُمْ مِسْكًا وَعَنْبَرًا بِثَلَثمِائَةِ دِينَارٍ وَقَالَتْ لِي أَعْطِهِ ثُمَّ مَضَتْ وَتَبِعْتُهَا حَتَّى جَاءَتْ إِلَى ٱلدِّجْلَةِ فَنَزَلَتْ فِي مَرْكَبٍ فَأَوْمَأَتْ إِلَيْهَا أَقْبِلْ ٱلْأَرْضَ فَذَهَبَتْ وَضَحِكَتْ وَأَنَا وَاقِفٌ أَنْتَظِرُهَا إِلَى حِينِ وَصَلَتْ إِلَى قَصْرِهَا فَتَأَمَّلْتُهُ فَإِذَا هُوَ قَصْرُ ٱلْمُتَوَكِّلِ خَلِيفَةِ ٱلزَّمَانِ فَبَقِيتُ مُتَحَيِّرًا طَائِرَ ٱلْفُؤَادِ وَٱلْعَقْلِ فَرَجَعْتُ وَدَاخَلَنِي كُلُّ غَمٍّ فِي ٱلدُّنْيَا وَكَانَ قَدْ وَصَلَهَا مِنِّي ثَلَاثَةُ آلَافِ دِينَارٍ وَلَا أَدْرِي لِأَجْلِ أَيِّ شَيْءٍ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ فَقُلْتُ هَذَا مَالٌ ضَاعَ مِنِّي وَجِئْتُ إِلَى أُمِّي وَحَدَّثْتُهَا بِذَلِكَ كُلِّهِ فَقَالَتْ لِي ٱللّٰهَ ٱللّٰهَ إِيَّاكَ يَا وَلَدِي أَنْ تَتَعَرَّضَ لَهَا فَتَهْلِكَ

فَجَلَسْتُ فِي دُكَّانِي فَجَاءَ وَكِيلِي بِسُوقِ ٱلْعَطَّارِينَ وَكَانَ شَيْخًا كَبِيرًا فَقَالَ يَا سَيِّدِي عَرِّفْنِي بِخَبَرِكَ فَحَدَّثْتُهُ بِمَا جَرَى لِي مَعَهَا فَقَالَ يَا سَيِّدِي هَذِهِ مِنْ جَوَارِي ٱلْقَصْرِ وَهِيَ مَحْظِيَّةُ ٱلْمُتَوَكِّلِ وَلَا يُقْدَرُ عَلَيْهَا فَٱحْتَسِبِ ٱلْمَالَ فِي جَنْبِ ٱللّٰهِ تَعَالَى وَلَا تَشْغَلْ قَلْبَكَ بِهَا وَإِنْ أَرَدْتَ ٱلتَّعَرُّضَ لَهَا أَعْلِمْنِي حَتَّى أُدَبِّرَ لَكَ شَيْئًا مَلِيحًا خَيْرًا مِنْ أَنْ تَهْلِكَ فَقُلْتُ لَهُ إِي وَٱللّٰهِ فِي قَلْبِي مِنْهَا ٱلنَّارُ فَتَرَكَنِي وَٱنْصَرَفَ فَصَبَرْتُ إِلَى آخِرِ ٱلشَّهْرِ وَإِذَا بِهَا قَدْ أَقْبَلَتْ فَفَرِحْتُ بِهَا فَقَالَتْ مَا حَمَلَكَ عَلَى أَنْ تَبِعْتَنِي فَقُلْتُ مِمَّا فِي قَلْبِي

مِنْكَ وَبَكَيْتُ بَيْنَ يَدَيْهَا فَبَكَتْ هِيَ رَحْمَةً لِي وَقَالَتْ وَٱللّٰهِ مَا فِي قَلْبِكَ شَيْءٌ إِلَّا وَفِي قَلْبِي أَكْثَرُ مِنْهُ وَلٰكِنْ كَيْفَ أَعْمَلُ مَا لِي إِلَيْكَ مِنْ سَبِيلٍ غَيْرَ أَنْ أَرَاكَ فِي كُلِّ شَهْرٍ مَرَّةً ثُمَّ دَفَعَتْ إِلَيَّ رُقْعَةً وَقَالَتْ لِي خُذْ مَا فِي هٰذِهِ مِنَ ٱلْوَكِيلِ فَقُلْتُ لَيْسَ لِي حَاجَةٌ إِلَى مَالٍ وَإِنَّ مَالِي وَرُوحِي جَمِيعًا فِدَاكِ فَقَالَتْ سَوْفَ أُدَبِّرُ لَكَ أَمْرًا يَكُونُ فِيهِ وَصْلُكَ إِلَيَّ وَإِنْ كَانَ صَعْبًا ثُمَّ وَدَّعَتْنِي وَٱنْصَرَفْتُ فَجِئْتُ إِلَى ٱلشَّيْخِ ٱلْعَطَّارِ وَحَدَّثْتُهُ بِحَدِيثِي كُلِّهِ فَجَاءَ مَعِي إِلَى دَارِ ٱلْمُتَوَكِّلِ وَأَرَيْتُهُ ٱلْبَابَ ٱلَّذِي دَخَلَتْ فِيهِ ٱلْجَارِيَةُ فَبَقِيَ مُتَحَيِّرًا يَتَفَكَّرُ فِي حِيلَةٍ يَعْمَلُهَا فَرَأَى خَيَّاطًا مُقَارِبًا لِلْبَابِ وَمَعَهُ جَمَاعَةُ صُنَّاعٍ فَقَالَ لِي بِهٰذَا ٱلْخَيَّاطِ تَصِلُ إِلَى غَرَضِكَ إِنْ شَاءَ ٱللّٰهُ تَعَالَى أَخْرِقْ كُمَّكَ وَتَقَدَّمْ إِلَيْهِ فَيَخِيطُهُ فَإِذَا خَاطَهُ أَعْطِهِ عَشَرَةَ دَنَانِيرَ فَمَضَيْتُ وَعَمَدْتُ إِلَى ثَوْبَيْنِ مِنَ ٱلدِّيبَاجِ ٱلرُّومِيِّ وَجِئْتُ بِهِمَا إِلَيْهِ وَقُلْتُ لِلْخَيَّاطِ فَصِّلْ هٰذِهِ أَرْبَعَةَ مَلَابِسَ ٱثْنَيْنِ مُفَرَّجَةً وَٱثْنَيْنِ غَيْرَ مُفَرَّجَةٍ فَلَمَّا فَرَغَ مِنْ تَفْصِيلِهَا وَدَفَعَهَا إِلَيَّ قُلْتُ لَهُ خُذْهَا لَكَ وَلِمَنْ حَضَرَ وَٱلشَّيْخِ وَٱلْبَوَّابِ وَصِرْتُ أَقْعُدُ عِنْدَهُ وَأُطِيلُ ٱلْحَدِيثَ مَعَهُ ثُمَّ فَصَّلْتُ عِنْدَ ٱلْخَيَّاطِ شَيْئًا آخَرَ وَإِذَا خَاطَهُ عَلَّقَهُ عَلَى وَجْهِ ٱلدُّكَّانِ حَتَّى يَنْظُرَهُ كُلُّ مَنْ يَجُوزُ فِي ٱلطَّرِيقِ فَكُلُّ مَنْ جَازَ يَبْهَتُ فَصِرْتُ كُلُّ مَنْ خَرَجَ مِنْ قَصْرِ

خَاصٌّ. *fem.* ة. *pl.* خَوَاصٌّ. 1) proprius. 2) familiaris.

خَاصَّةٌ. 1) familiares. amici. 2) familiares principis. proceres. أَلْخَاصَّةُ وَٱلْعَامَّةُ. proceres et vulgus.

خَصِبَ. *fut. A.* pabulo abundavit *locus.*

خَصِبٌ. *fem.* ة. pabulo abundans *locus.*

خَصِرَ. *fut. A.* frigore laesa habuit extrema corporis membra *homo.* II. gracile reddidit *aliquid. ccar.* III. ambulavit ad latus *alicujus. ccap.*

خَصَرٌ. frigus. خَصِرٌ. frigidus.

خَصْرٌ. medium corporis. خَاصِرَةٌ. *pl.* خَوَاصِرُ. hypochondrium. latera.

خَصَمَ. *fut. I.* obruit *aliquem. ccap.* VIII. altercati sunt inter se.

خَصْمٌ. adversarius. hostis.

خَضَبَ. *fut. I.* tinxit *aliquid aliqua re. cca et* ب.

خَضِرَ. *fut. A.* viruit *arvum.* II. virescere fecit *aliquid. ccar.*

خَضِرٌ. 1) virens. 2) amoenus. venustus.

مُخَضَّرٌ. *pp.* II. viridis factus. virescens. *Men.*

أَخْضَرُ. *fem.* خَضْرَآءُ. *pl.* خُضْرٌ. 1) viridis. 2) niger. *Kam.*

خِضْرٌ. Chidr. *nomen viri.*

خَضَعَ. *fut. A.* humilis fuit. خُضُوعٌ. *act.* humilitas.

خَطَّ. *fut. O.* 1) lineas duxit. 2) scripsit.

خَطٌّ. 1) *act.* scriptura. 2) linea.

خَطِئَ. *fut. A.* erravit. peccavit. IV. 1) erravit. hallucinatus est. 2) non recte fecit *aliquid. ccar.*

خَطِيئَةٌ. error. delictum. peccatum.

خَطَبَ. *fut. O.* 1) poposcit uxorem *aliquam mulierem. ccap.* 2) concionem sacram habuit. III. affatus est *aliquem. ccap.*

خَاطِبٌ. *ag. pl.* خُطَّابٌ. procus. uxorem poscens.

خِطَابٌ. *et* مُخَاطَبَةٌ. *act.* III. affatus. adloquium.

خُطْبَةٌ. concio sacra. oratio sacra. خَطِيبٌ. orator. concionator.

خَطْبٌ. *pl.* خُطُوبٌ. 1) negotium. status. res. 2) negotium grave. periculum.

أَبُو ٱلْخَطَّابِ. Abul chattâb. *nomen viri. Kam.*

خَطَرَ. *fut. O. et I.* 1) tremuit. fluctuavit. 2) incessit vacillando. 3) خَطَرَ بِبَالِهِ. subiit mentem ejus. 4) vibravit. movit *aliquid. cc* ب *r.* 5) خَطُرَ. *fut. O.* honoratus fuit. III. 1) periculo exposuit *aliquid. cc* ب *r.* خَاطَرَ بِنَفْسِهِ. periculo exposuit vitam. *pag.* 15. 2) periculum subiit *contra alium facta sponsione. ccap et* على *r.*

خَاطِرٌ. animus. mens. خَطِيرٌ. honoratus. nobilis.

خَطَرٌ. *pl.* أَخْطَارٌ. 1) dignitas. pretium. gratia. 2) periculum. discrimen.

خَطِفَ. *fut. A.* 1) abripuit *rem. ccar.* 2) obcaecavit *visum. ccar.* IV. aberravit *a scopo. ccar.*

خَاطِفٌ. *ag. fem.* ة. *pl.* خَوَاطِفُ. *pag.* 47. 1) abripiens. 2) visum obcaecans *fulmen.*

خَفَّ. *fut. I.* 1) levis fuit *pondere.* 2) agilis fuit. 3) mitigatus est *dolor.*

خَفِيفٌ. *fem.* ة. 1) levis. خَفِيفُ ٱلْعِنَانِ. morigerus.

pag. 30. 2) agilis. 3) Chafif. *nomen viri.* 4) أَلْخَفِيفُ. metrum leve. *nomen metri cujusdam arabici.*

خَفَتَ, quievit. tacuit. obmutuit. خَافِتٌ. *ag.* quiescens.

خَفْتَانٌ. *pers.* indumentum militare. vestis quae sub lorica induitur. *pag.* 108.

خَفِرَ. *fut. A.* pudicus fuit. pudibundus fuit.

خَفَرٌ. *act.* pudor.

خَفَضَ. *fut. O.* commode egit vitam.

خَفْضٌ. *act.* commoditas vitae. vita commoda.

خَفَقَ. *fut. I. et O.* tremuit. palpitavit. undavit. *pag.* 176.

خَفَقَانٌ. *act.* palpitatio. *pag.* 49.

خَفِيَ. *fut. A.* latuit *aliquem.* *cc.* على *p.* *pag.* 1. IV. occultavit *aliquid ab aliquo.* *ccar. et* عن *p.* VIII. delituit. evanuit.

خَقَّنَ. II. creavit chakanum *aliquem.* *ccap.* *Kam.*

خَاقَانٌ. 1) chakanus. *titulus regum Turcarum.* 2) Chakân. *nomen viri.* *Kam.*

خَلَّ. *fut. I.* 1) peculiaris fuit. proprius fuit. 2) fidit *aliquid.* *ccar.* III. amicus fuit *alicui.* dilexit *aliquem.* *ccap.*

خِلٌّ. *pl* أَخْلَالٌ. amicus. خِلَالٌ. medium. interstitium.

خَلِيلٌ. 1) *pl.* خُلَّانٌ. amicus. 2) Chalil. *nomen viri.*

خُلَّةٌ. amicitia. خِلَّةٌ. natura. mos.

خَلَجَ. *fut. I.* 1) traxit *rem.* *ccar.* 2) a lacte depulit *infantem.* *ccap.*

خَلِيجٌ. rivus. canalis.

خَلَدَ. *fut. O.* perennis fuit. خُلُودٌ. *act.* perennitas. aeternitas.

خَالِدٌ. 1) *ag.* perennis. 2) Chaled. *nomen viri.* خَالِدِىٌّ. Chaledita. *gent.*

خُلَيْدَةُ. Choleide. *nomen mulieris.*

خَلَصَ. *fut O.* 1) liber evasit. salvus factus est. 2) bonus fuit. egregius fuit. II. liberavit *aliquem. ccap.* IV. bene fecit. pius fuit *erga aliquem. cc* لِ *p.* X. potitus est *re. ccar.*

خَلَاصٌ. libertas. liberatio. مُخْلِصٌ. *ag.* IV. pius. sincerus.

خَلَطَ. *fut. I.* commiscuit *aliquid cum aliqua re. cca et* بِ. II. *idem. cca et* بِ. IV. *idem. cca et* بِ.

خَلِيطٌ. socius. familiaris. *pag.* 24.

خَلَعَ. *fut. A.* 1) extraxit. detraxit *aliquid. ccar.* 2) abjecit *aliquid.* خَلَعَ ٱلْعِذَارَ. abjecit fraenum. petulans fuit. *Har.* 592. 3) induit vestem *alicui honoris ergo. ccar et* على *p.* VII. evulsus est. eradicatus est.

خِلْعَةٌ. vestis honoraria. خَلْعٌ. carnes coctae vel siccatae.

ٱلْخَلْعِيَّاتُ. El chalijjât. *titulus libri cujusdam.*

خَلَفَ. successit *alicui. ccap.* II. retro reliquit *aliquem. ccap.* III. repugnavit *alicui in aliqua re. ccap et* على *r.* X. successorem sibi constituit *aliquem. ccap.*

خَلَفٌ. 1) successor. 2) Chalaf. *nomen viri. Kam.*

خَلْفٌ. pars postica. خَلْفَ. *adv.* post. pone. *ccg.*

خِلَافٌ. 1) contrarium. 2) خِلَافٌ *ac minus emendate*

خِلَافٌ. *Kam.* salix. *species arborum. pag.* 173.

مُخَالَفَةٌ. *act.* III. repugnantia. oppositio. rebellionem facere *contra aliquem. ccap.*

خَلِيفَةٌ. 1) successor. vicarius. 2) chalifa. successor Mo-

hammedis. summus Moslemorum princeps. 3) خَلِيفَةٌ. Chalifa. *nomen viri.* *Kam.*

خَلِيفَتِيّ. chalificus. regius.

خِلَافَةٌ. 1) successio. 2) chalifatus. dignitas chalifae.

خَلَقَ. *fut.* O. condidit. creavit *aliquid.* *ccar.*

خَلْقٌ. 1) res creatae. 2) homines. خَالِقٌ. *ag.* creator.

خُلُقٌ. indoles. *pl.* أَخْلَاقٌ. mores. ingenium.

خَلِيقَةٌ. *pl.* خَلَائِقُ. 1) indoles. 2) res creata. *Kam.*

خَلُوقٌ. odoramentum quoddam. *Kam.*

خَلَّكَان. Challekân. *nomen vici in Syria siti.* اِبْنُ خَلَّكَان. Ebn challekân. *nomen viri.*

خَلَا. *fut.* O. 1) vacuus fuit. desertus fuit *locus.* 2) vacuus fuit. liber fuit *sollicitudine.* *cc* مِن *r.* 3) solus fuit *cum aliquo.* in secessum abivit *cum aliquo.* *cc* ب *p.* *vel* مع *p* *vel* الى *p.* 4) effluxit *tempus.* لِسَبْعٍ خَلَوْنَ. post septem effluxas, scilicet noctes لَيَالِي, id est: die septimo mensis. *Sacy gr.* 2. 471. II. 1) missum fecit. liberum dimisit *aliquem.* *ccap.* 2) reliquit. vacuavit *locum.* *ccal.* IV. 1) vacuum reddidit. solitarium reddidit *aliquem.* *ccap.* 2) familiarem sibi fecit *aliquem.* *ccap.* V. reliquit *aliquem.* *cc* عن *p.*

خَالٍ. *ag.* *fem.* خَالِيَةٌ. 1) vacuus. desertus. 2) solus.

خَلِيٌّ. *fem.* ة. vacuus. خَلِيَّاتٌ. loci vasti? *pag.* 144. خَلِيَّةٌ. camela quae ad mulgendum servatur.

خَلْوَةٌ. 1) *act.* solum esse. 2) solitudo. secessus. 3) aditus familiarior.

خَمَّ. *fut. O.* purgavit *locum. ccar.*

خُمٌّ. 1) cavea gallinarum. 2) fovea. *Kam.* 3) غَدِيرُ خُمٍّ. lacus Chómm; *nomen loci in Arabia siti. Kam.* يَوْمُ غَدِيرِ خُمٍّ. dies lacus Chomm; *dies quidam festus moslemorum schiitarum. pag.* 122. *Sacy Chrest.* 2. 111, 112.

خَمَرَ. *fut. O. et I.* 1) fermentavit *massam. ccar.* 2) occultavit *rem. ccar.* 3) خَمِرَ. *fut. A.* latuit. III. dolore affecit morbus *aliquem. ccap.*

خَمْرٌ. *utr.* vinum. خُمَارٌ. crapula.

مَخْمُورٌ. *pp.* vinolentus. *pag.* 145.

خَمَسَ. *fut. O.* quintam partem cepit bonorum *alicujus. ccap.*

خَمْسَةٌ. *fem.* خَمْسٌ. quinque.

خَمْسَةَ عَشَرَ. *fem.* خَمْسَ عَشْرَةَ. quindecim.

خَمْسُونَ. quinquaginta. خَمْسُمِائَةٍ. quingenti.

خُمُسٌ. pars quinta. يَوْمُ ٱلْخَمِيسِ. dies Jovis. feria quinta.

خَمَشَ. *fut. O. et I.* scalpsit. laniavit *faciem unguibus. ccar.*

خَنْدَقَ. *vel* خَنْدَقَ, fossam duxit. fodit *aliquid. ccar. Kam.*

خَنْدَقٌ. *vel* خَنْدَقٌ. fossa. *a persico* كَنْدَهْ. *Kam.* 2) اَلْخَنْدَقُ. El chendek. *nomen loci prope Elkahiram sita. Kam.*

خَنَا. *fut. O. et* خَنِيَ. *fut. A.* foeda locutus est.

خَنًى. sermo foedus. sermo obscoenus. *pag.* 136. *Har.* 125.

خَاذَ. *med. Waw. fut. O.* III. repugnavit *alicui. ccap.*

خُوذَةٌ. *pl.* خُوَذٌ. cassis. galea. *Kam.*

أَلْخَوَرْنَق. El chawernak. *pag.* 61. *nomen arcis ab Ennoman el awar, rege Hirensi, exstructae. Nomen Firusabadius derivatum dicit a persico* خورنكاه, *Chorengah, i. e. edendi locus, porticus.*

خَوِصَ. *fut. A.* intus reductos oculorum orbes habuit. III. 1) contraxit oculum. diligentius consideravit. 2) exhibuit contulitque *rem cum re; ut in mercium permutatione fit. ccga.*

مُخَاوَصَةٌ. *act. III.* comparatio. consideratio.

خَاضَ. *med. Waw. fut. O.* ingressus est. peragravit *locum. ccal.*

خَافَ. *med. Waw. kesr.* خِفْتُ. يَخَافُ. 1) metuit *aliquid. ccar et* عن *r et* من *r et* أَنْ *verb.* 2) metuit *alicui. cc* على *p.* V. 1) metuit *aliquid. ccar.* 2) imminuit *rem. ccar.*

خَوْفٌ. *act.* timor. خَوْفُ ٱللّٰهِ. timor Dei. reverentia Dei. pietas.

مَخَافَةٌ. *pl.* مَخَافَاتٌ. *act.* metus. formido. مَخَافَةَ. prae metu. propter metum. ne forte.

خَائِفٌ. *fem.* ة. *ag.* metuens.

خَالَ. *med. Waw. fut. O.* conservavit. curavit *aliquid. ccar. Har.* 246.

خَالٌ. *pl.* أَخْوَالٌ. خُؤُولَةٌ. *pag.* 102. avunculus. frater matris.

خَوْلَةٌ. 1) dorcas. 2) خَوْلَةُ. Chaula. *nomen mulieris. Kam.*

خَانَ. *med. Waw. fut. O.* decepit. tradidit *aliquem. ccap.* 2) خَانَ ٱلسَّبِيلَ. infestavit viam publicam. latrocinatus est.

خِيَانَةٌ. *act.* perfidia. fraus. خِوَانٌ. mensa.

خَارَ. *med. Ja. fut. I.* 1) bonus fuit. probus fuit. 2) praetulit *aliquem alicui. cca et* على. II. optionem dedit

alicui plurium rerum. ccap et في *r vel* بين *r.* VIII. elegit *aliquid. ccar.*

خَيْرٌ. 1) bonus. probus. خَيْرُ ٱلنَّاسِ. optimus hominum. خَيْرٌ مِنْ. optimus eorum qui. 2) bonum. بِخَيْرٍ. bene. 3) salus. 4) virtus.

خَاسَ. *med. Ja. fut. I.* violavit *foedus. cc* ب *r.* II. subegit *aliquem. ccap.*

مُخَيَّسٌ. *pp.* II. *fem.* ة. *pag.* 137. 1) subactus. 2) camelus ad mactandum asservatus, *qui libere non dimittitur. Kam.*

خَاطَ. *med. Ja. fut. I.* suit. consuit *vestem. ccar.*

خَيَّاطٌ. 1) sartor. 2) أَلْخَيَّاطُ. El chajjât. *cognomen viri.*

خَالَ. *med. Ja. fut. A.* opinatus est *aliquid. ccar vel c* أَنْ *verb.* II. imaginatus est *aliquid. ccar. In passiv.* خُيِّلَ إِلَيْهِ. visum est ei. *pag.* 148. V. verisimile visum est *alicui. cc* ل *p.* VIII. superbe incessit. *Har. pag.* 14.

خَالٌ. naevus. أَبْنُ ٱلْخَالِ. Ebn el châl. *nomen viri. pag.* 106.

خَيْلٌ. 1) robustus. 2) *coll.* equi. *pl.* خُيُولٌ. 3) *coll.* equites.

خُيَلَاءُ. superbia. vana arrogantia. *pag.* 152.

خَامَ. *med. Ja. fut. I.* destitit *a re. cc* عن *r.* II. operuit *aliquid. ccar.*

خَيْمَةٌ. *pl.* خِيَامٌ. tentorium. tabernaculum.

د

دَبَّ. *fut. I.* 1) incessit leniter. 2) irrepsit *in locum. cc* في *l.*

دَابَّةٌ. *pl.* دَوَابُّ. bestia. jumentum.

دُوَيْبَّةٌ. *dem.* 1) bestiola. 2) دُوَيْبَةُ. Doweibba, *nomen viri.*

دَبَجَ. pinxit *rem. ccar.*

دِيبَاجٌ. *pers.* pannus sericus auro argentove intextus.

دَبَرَ. 1) abiit. 2) abstulit *rem. cc* بِ *r. Har.* 262. 3) successit *alicui. ccap.* II. disposuit *rem.* moderatus est *rem. ccar.*

دَثَرَ. *fut. O.* oblitterata est *res.* VII. oblitterata est *res.*

دَجَّ. *fut. I.* leniter incessit.

دَجَاجٌ. *coll.* دَجَاجَةٌ. *unit.* 1) gallina. 2) دَجَاجَةُ. Dedschâdscha. *nomen viri. pag.* 141. *Kam.*

دَجَلَ. peragravit terram.

دِجْلَةُ. *pag.* 23. *Kam. et* أَلدِّجْلَةُ. *pag.* 9. Didschle *et* Eddidschle; *nomen fluvii; Tigris.*

دَجَا. *fut. O.* 1) tenebrosa fuit *nox.* 2) perplexus fuit *crinis.*

دَاجٍ. *ag.* 1) tenebrosus. 2) Dâdsch. *nomen viri. pag.* 84.

دُجْيَةٌ. *pl.* دُجًى. 1) obscuritas noctis. tenebrae. *Alii vocabulum* دُجًى *singulare putant. Har.* 534. 2) latibulum venatoris.

دُجَةٌ. *pl.* دُجًى. globulus. nodulus *quo constringitur vestis. german. Knopf.*

دَخَلَ. *fut. O.* 1) intravit *in locum. ccal.* 2) immisit se *in rem. cc* فِي *r.* 3) intravit *ad aliquem. cc* إِلَى *p. Construitur c* عَلَى *p cum invenitur qui quaeritur.* III. occupavit *aliquem.* incessivit *aliquem. ccap.* IV. 1) immisit *aliquid. ccar.* 2) introduxit *aliquem ad aliquem. cca et* عَلَى. 3) introduxit *aliquem in aliquid. ccga.*

دُخُولٌ. *act.* introitus. مَدْخَلٌ. locus ingressus.

دَاخِلٌ. 1) *ag.* intrans. 2) pars interior. دَاخِلَ. *adv.* intra. in. *ccg.* مِنْ دَاخِلِ *et* فِي دَاخِلِ. intra. *ccg.*

دَرَّ. *fut. O. et I.* 1) profluxit *lac.* 2) radiavit. fulsit.

دَرٌّ. 1) lac. abundantia lactis. 2) actio hominis. *Kam.* لِلّٰهِ دَرُّهُ *et* لِلّٰهِ دَرُّ ٱلرَّجُلِ. Deo ejus actio! *est formula laudandi, quae significat:* o quam praeclarus est ille! macte praeclarissimum virum. لِلّٰهِ دَرُّكَ مِنْ رَجُلٍ. o te praeclarum virum! *Har.* 361.

دُرٌّ. *coll.* دُرَّةٌ. *unit.* دُرَرٌ. *pl.* margarita. unio. 2) دُرَّةُ ٱلْغَوَّاصِ. margarita urinatoris. *titulus libri ab El hariria conscripti.*

دُرِّيٌّ. fulgens.

دَرِبَ. *fut. A.* adsuevit *rei. cc* ب *r.*

دَرْبٌ. 1) porta plateae. 2) porta magna. 3) via angusta.

دَرَجَ. *fut. O.* 1) ivit. gressus est. 2) complicuit. convolvit *rem. ccar.* 3) دَرِجَ. *fut. A.* ascendit per gradus.

دَرَجَةٌ. 1) gradus *scalae. dignitatis.* 2) gradus beatitudinis *post mortem impetrandae. pag.* 44.

دُرْجَةٌ. *pl.* دُرَجَاتٌ. capsula. *pag.* 118.

مَدْرَجٌ *et* مَدْرَجَةٌ. via.

دَرَسَ. *fut. O. et I.* 1) trivit. oblitteravit *aliquid. ccar.* 2) legit *librum. ccar.* 3) oblitteratus fuit. 4) scabiosa fuit *camela.*

دَارِسٌ. *ag. fem.* ة. *pl.* دَوَارِسُ. 1) exstinguens. 2) tritus. oblitteratus. *pag.* 144.

مَدْرَسَةٌ. schola. academia.

درع. a cervice pellem detraxit *ovi. ccap.* II. induit lorica vel indusio *aliquem. ccap.*

دِرْع. *pl.* دُرُوع. أَدْرُع. *utr.* 1) lorica. 2) *pl.* أَدْرَاع. indusium mulieris.

مِدْرَع. *et* مِدْرَعَة. *pl.* مَدَارِع. tunica grossior. *pag.* 58.

أَدْرَع. 1) capite nigrum, reliquis vero partibus album *animal.* 2) الأَدْرَع. El edra. *nomen viri. Kam.*

دُرَّاقِن. malum persicum. *fructus. pag.* 173.

دَرَك. assequutus est. *Gol.* IV. 1) assequutus est *aliquem. ccap.* 2) prehendit *rem. ccar.* 3) pervenit ad maturitatem. pervenit ad finem.

مُدْرِك. *ag. IV.* assequens.

دَرِم. *fut. A.* 1) *ag.* obesus fuit. 1) brevibus passibus incessit.

دَارِم. 1) *ag.* obesus. 2) Darem. *nomen arboris.* 3) Darem. *nomen viri. Kam.*

دِرْهَم. *pl.* دَرَاهِم. Dirhem. nummus argenteus. *graec.* δραχμή.

دَرَى. *fut. I.* scivit *aliquid. ccar. vel c* ب *r.*

دَسّ. *fut. O.* 1) abscondidit *aliquid. ccar.* 2) clanculum submisit *aliquem. ccap.*

دَسِيس. explorator. emissarius. *pag.* 32. *Kam.*

دَعْ. sine! mitte! *imperativus verbi* وَدَعَ.

دَعَب. *fut. A.* jocatus est. III. jocatus est *cum aliquo. ccap.*

مُدَاعِب. *ag.* III. jocans cum aliquo.

دَعِج. admodum niger et amplus fuit *oculus.*

أَدْعَج. *fem.* دَعْجَاء. *pl.* دُعْج. admodum niger. *pag.* 46.

دَعَا. *fut. O.* 1) vocavit. advocavit *aliquem. ccap vel c* ب *p.* 2) advocavit *aliquem ad aliquid. ccap et* إِلَى *r vel* لِ *r.* 3) invitavit ad convivium *aliquem. ccap.* 4) flagitavit *aliquid. cc* ب *r.* 5) دَعَا لِنَفْسِهِ بِالشَّيْءِ. arrogavit sibi rem. 6) precatus est Deum. 7) fausta precatus est *alicui. cc* لِ *p.* 8) mala imprecatus est *alicui. cc* عَلَى *p.* X. 1) advocavit. citavit *aliquem. ccap vel c* ب *p.* 2) poposcit *aliquid. cc* ب *r.*

دُعًا. precatio. *Kam.* دَعْوَةٌ. precatio.

دُعَآءٌ. *act.* 1) precatio. 2) اَلدُّعَآءُ لَهُ. fausta ei precari.

دَاعٍ. *ag.* 1) vocans. provocans. 2) *fem.* دَاعِيَةٌ. causa efficiens. *pag.* 53.

دَفَعَ. *fut. A.* 1) trusit. propulsavit *aliquid. ccar.* 2) dedit. tradidit *aliquid alicui. ccar et* إِلَى *p. vel* لِ *p.* 3) prohibuit. avertit *aliquid ab aliquo. ccar et* عن *p.* III. avertit. repulit *ab aliquo aliquid. cc* عن *p et car.*

مُدَافَعَةٌ. *act.* III. propulsatio.

دَفَنَ. *fut. I.* 1) recondidit *aliquid. ccar.* 2) sepelivit *mortuum. ccap.*

دَقَّ. *fut. I.* subtilis fuit *res.*

دَقِيقٌ. *fem.* ةٌ. subtilis. 2) دَقِيقَةٌ. *pl.* دَقَائِقُ. res subtilis.

دَكَّ. *fut. O.* contudit. evertit *aliquid. ccar. In passiv.* دُكَّ. aegrotavit.

دَكَّةٌ. locus complanatus, sessioni aptus. *pag.* 143.

دَكْدَكٌ. arena complanata. *Kam.*

دَكَسَ. inspersit *terram alicui. cc* عَلَى *p. Kamus ita interpretatur:* اَلدَّكْسُ اَلْحَثْوُ.

دَكَّنَ. *fut. O.* composuit. aggeravit *rem. ccar.*

دُكَّانٌ. *pers.* taberna. officina.

دَلَّ. 1) *fut. O.* monstravit. indicavit *aliquid. ccar.* 2) direxit *aliquem ad aliquid.* indicavit *alicui aliquid. ccap et* على *r.* 3) *fut. I.* fastum adsumens jocata est *mulier.* II. blanditus est *alicui. ccap.* IV. irruit *in aliquem.* *cc* على *p. Kam.*

دَلٌّ. *act.* fastosus vultus cum amoris dissimulatione.

دَلِيلٌ. *pl.* دَلَائِلُ. indicium *rei.* argumentum. *cc* على *r.*

دَلَجَ. prima nocte ivit. IV. prima nocte profectus est. *pag.* 24.

دَلِمَ. *fut. A.* valde niger fuit.

اَلدَّيْلَمُ. 1) Eddeilem. *nomen gentis persicae.* 2) Eddeilem. *nomen viri.* 3) Eddeilem. *cognomen tribus Dabbitarum,* بَنِي ضَبَّةَ. *Kam.*

دَيْلَمِيٌّ. Deilemita. *gent.*

دَمٌ. sanguis. *vide* دَمَى.

دَمَّ. *fut. O.* percussit *aliquem. ccap.* دَمْدَمَ. *quadrilitt.* successuit *alicui. cc* على *p.*

دِمَشْقُ. *et* دِمِشْقُ. *Kam.* 1273. *et* دَمَشْقُ. *Kam.* 223. Damascus. *nomen urbis in Syria sitae.*

دَمَعَ. *fut. A.* lacrimavit *oculus.*

دَمْعٌ. *coll.* دُمُوعٌ. *pl.* دَمْعَةٌ. *unit.* lacrima.

مَدْمَعٌ. *pl.* مَدَامِعُ. angulus oculi. lacrimarum receptaculum.

دِمْيَاطُ. Dimjât. *nomen urbis in Aegypto sitae. Kam.* Damiette.

دَمِيَ. *fut. A.* cruentus fuit.

دَمٌ. *pro* دَمَيٌ. *pl.* دِمَآءٌ. *pag.* 106. cruor. sanguis.

دَنَّرَ. II. nituit *vultus.*

دِينَارٌ. *pl.* دَنَانِيرُ. Dinâr. *nummus aureus, gr.* δηνάριον.

دَنِسَ. *fut. A.* sorduit. دَنَسٌ. *act.* sordes.

دَنِفَ. *fut. A.* languit. دَنَفٌ. languens.

دَنَقَ. *fut. O. et I.* macilentus fuit *vultus.*

دَانِقٌ. 1) *ag.* macer. 2) stultus. أَبْنُ دَانِقٍ. Ebn danck. *nomen viri. pag.* 106.

دَنَا. *fut. O.* 1) adpropinquavit *alicui. cc* مِنْ *p vel c* إِلَى *p vel c* لِ *p.* 2) vilis fuit. IV. adduxit. admovit *aliquem ad aliquid. ceap et* مِن *r vel* إِلَى *r vel* لِ *r.* X. adpropinquare fecit. advocavit *aliquem. ccap.*

دَانٍ. *ag.* propinquus. *comp.* أَدْنَى. *fem.* دُنْيَى *vel* دُنْيَا. propinquior. proximus.

اَلدُّنْيَا. *est pro:* اَلْحَيٰوةُ اَلدُّنْيَا. vita proxima. 1) vita praesens. 2) mundus. res mundanae. *vide* حَيَّ.

دَنِيٌّ. *comp.* أَدْنَى: 1) propinquus. 2) vilis.

دَآءَ. *med. Waw. fut.* يَدَآءُ. aegrotavit. دَآءٌ. morbus.

دَاجَ. *med. Waw. fut. O.* servivit. دُوَاجٌ. pallium. toga. *pag.* 116.

دَاحَ. *med. Waw. fut. O.* magnus fuit. دَوْحٌ. *coll.* دَوْحَةٌ. *unit.* arbor magna.

دَاوُدُ. *et* دَاوُودُ. Dawud. *nomen viri. David.* أَبْنُ دَاوُدَ. Ebn dawud. *nomen viri.*

دَاوُدِيٌّ. Dawudita. *gent. pag.* 120.

دُوَادٌ. 1) vermiculus. 2) Dowâd. *nomen viri. Kam.*

دَوَادٌ. Dawâd. *nomen viri. Ebn challekan.*

دَارَ. *med. Waw. fut. O.* 1) gyrum egit. orbem volvit. 2) circumivit *rem. cc* على *r vel* ب *r.* 3) accidit. evenit *res.* II. rotundum reddidit *aliquid. ccar.* IV. convertit. circumegit *rem. ccar.*

دَارٌ. *utr. pl.* دُورٌ. *et* دِيَارٌ. 1) domus. دَارُ خِلَافَةٍ. domus chalifatus, i. e. sedes chalifae. دَارُ إِمَارَةٍ. domus principatus, i. e. sedes principis, *pag.* 115. 116. 2) mansio. territorium. 3) tribus Arabum.

دَوْرٌ. *act.* orbis. peripheria. دَوْرَ. *adv.* circa.

دَائِرٌ. 1) *ag.* gyrum agens. 2) rotundus. 3) ambitus. limbus.

دَوَّارٌ. gyrum agens. *pag.* 57.

مُدَوَّرٌ. *fem.* ة, 1) *pp.* II. rotundus. orbiculatus. 2) مُدَوَّرَةٌ. torus orbiculatus. pulvinar orbiculatum.

مِدْوَرَةٌ. *Kam. et* مِدْوَارَةٌ. *Gol.* situla orbiculata.

دَالَ. *med. Waw. fut. O.* 1) conversa fuit. alternavit *fortuna.* 2) celebre factum est *aliquid.* IV. 1) vicit. superior evasit. *Kam.* 2) superiorem reddidit *aliquem. ccap. Kam. Har.* 102.

دَوْلَةٌ. 1) conversio temporis. 2) aetas. periodus. 3) victoria. felicitas.

مُدِيلٌ. *ag. IV.* 1) superans. victor. 2) adjuvans. *pag.* 149.

دُولَابٌ. *pers.* rota aquaria; *quae ex flumine sursum effert aquam ad rigandam terram. pag.* 167.

دَامَ. *med. Waw. fut. O. et A.* 1) quievit. *Kam.* 2) mansit. perseveravit *in aliqua re. cc* على *r vel c particip. verb.*

مُدَامٌ. 1) pluvia diuturna. 2) vinum.

مُدَامَةٌ. vinum. pag. 163. 175.

دَانَ. med. Waw. fut. O. inferior fuit.

دُونٌ. pars inferior. مِنْ دُونِ. 1) sub. infra. 2) citra. praeter. ccg.

دُونَ. praep. 1) infra. sub. 2) pro. يَبْذُلُ نَفْسَهُ دُونَ مَحْبُوبِهِ. profundit vitam pro amico. pag. 53. 3) praeter.

دُونَ أَنَّ. praeter quod. praeterquam quod. quin. sed. nisi quod. 4) adverb. incitand. cape! age! دُونَكَ زَيْدًا. cape Seidum! دُونَكَ وَمَا تُرِيدُ. fac quid velis!

دَوِيَ. fut. A. aegrotavit. III. medicatus est morbum. cca.

دَوَآءٌ. medicamentum. دَوَاةٌ. vasculum atramentarium.

دَايَةٌ. nutrix. altrix. pag. 116. pers. دَايَه.

دَهَمَ. fut. A. incidit alicui calamitas. ccap.

دَهْرٌ. pl. أَدْهُرٌ. دُهُورٌ. 1) tempus. 2) tempus longum. saeculum. 3) perpetuitas temporis. 4) fortuna. 5) calamitas.

دَهِشَ. fut. A. 1) obstupuit. 2) obstupescere fecit aliquem. co ب p. pag. 2. IV. obstupescere fecit aliquem. ccap. pag. 3. VII. stupefactus fuit.

دِهْقَانٌ. pers. 1) praefectus pagi. 2) دِهْقَانُ. Dihkan. nomen viri.

دِهْلِيزٌ. pers. vestibulum. atrium.

دَهِمَ. fut. A. supervenit alicui. ccap. IX. nigricavit.

أَدْهَمُ. 1) nigricans, equus. 2) Edhem. nomen viri. pag. 54.

دِيكٌ. *pl.* دُيُوكٌ. gallus gallinaceus.

دَانَ. *med. Ja. fut. I.* 1) aes alienum habuit. debitor fuit. 2) vilis factus est. 3) obsequutus est *alicui. cc* ل *p. Har.* 554. 4) subegit *aliquem. ccap.* 5) rependit *alicui. ccap.* 6) judicavit.

دَيْنٌ. aes alienem. عَلَيْهِ دَيْنٌ. aes alienum habet. debitor est. لَهُ دَيْنٌ. ei debetur. creditor est.

دِينٌ. 1) religio. cultus Dei. دِينُ ٱلشِّرْكِ. paganitas. religio pagana. 2) pietas erga Deum. 3) consuetudo. ritus. 4) pensatio. rependere. remuneratio. 5) judicium. 6) judicium extremum. يَوْمُ ٱلدِّينِ. dies judicii extremi.

مَدِينَةٌ. 1) urbs. 2) ٱلْمَدِينَةُ. El medîne. *nomen urbis in Arabia sitae. Medîna. Compendium est pro* مَدِينَةُ ٱلنَّبِيِّ urbs prophetae. 3) مَدِينَةُ ٱلْمَنْصُورِ. Medinet el manssûr. *nomen urbis. Kamûs vocabulum* مَدِينَةٌ *a verbo obsoleto* مَدَنَ, constitit, *derivatum censet.*

مَدَنِيٌّ. Medinensis. ex urbe Medîna, i. e. Medinet ennebî oriundus. *gent. Kam.*

مَدِينِيٌّ. Medinensis. ex urbe Medinet el manssûr oriundus. *gent. Kam.*

دِيَةٌ. piaculum caedis. *vide* وَدَى.

ذ

ذَأَبَ. *fut. A.* 1) propulit *aliquid. ccar.* 2) antiis capronis ornavit *puerum. ccap.* 3) ذَوُبَ. *fut. O.* malignus fuit.

ذُؤَابَةٌ. *pl.* ذَوَائِبُ. 1) summitas rei. 2) antiae capronae. coma propendula in fronte. *pag.* 143.

ذِئْبٌ. *pl.* ذِئَابٌ. lupus.

ذَبَلَ. *fut. O.* languit. extenuatus fuit.

ذَابِلٌ, *fem.* ة. 1) languens. tenuis. 2) flexilis.

ذَخَرَ. *fut. A. Kam.* selegit. recondidit *aliquid. ccar.* VIII.

اِدَّخَرَ. selegit. recondidit *aliquid. ccar.*

ذَخِيرَةٌ. *pl.* ذَخَائِرُ. penus. thesaurus.

ذَرَّ. *fut. O.* emicuit. ortus est *sol. pag.* 145.

ذَرَعَ. *fut. A.* cubito mensus fuit *vestem. ccar.*

ذِرَاعٌ. *pl.* أَذْرُعٌ. *utr.* 1) brachium. 2) cubitum. ulna.

ٱلذَّارِعُ. Eddsari. *nomen viri.*

ذَرَا. *fut. O.* abripuit. dispersit *rem ventus. ccar.* IV. 1) dispersit *rem. ccar.* 2) sparsit. fudit *lachrymas. ccar.*

ذَعَرَ. *fut. A.* perterruit *aliquem. ccap. Kam.*

مَذْعُورٌ. *fem.* ة. *pp.* perterritus.

ذُكْذُكَةٌ. vita cordis. palpitatio cordis? *Kamûs hoc vocabulum significare dicit* حَيَوةُ ٱلْقَلْبِ.

ذَكَرَ. *fut. O.* 1) recordatus est *rei. ccar.* 2) memoravit. narravit *aliquid. ccar. vel c* أَنْ. 3) ذَكَرَ عَنْهُ. memoravit ab eo, i. e. quae ab eo acceperat. 4) ذَكَرَهُ بِٱلشَّجَاعَةِ. praedicavit eum strenuum. II. in memoriam revocavit *alicui aliquid. ccga.* IV. in memoriam revocavit *alicui aliquid. ccga.* V. recordatus est *rei. ccar.*

ذِكْرٌ. 1) memoria. fama. 2) commemoratio. historia. 3) laudatio.

مَذْكُورٌ. *fem.* ةٌ. *pp.* memoratus. dictus.

مُذَكِّرٌ. Medaker. *nomen viri. Kam.*

اَلْمُذَكِّرُ. El modsakkir. *nomen viri.*

ذَكَا. *fut. O.* 1) arsit *ignis.* 2) ذَكِيَ. *fut. A.* acri ingenio fuit *vir.* 3) acri odore fuit *res.* II. jugulavit. mactavit *aliquem. ccap.* IV. accendit *ignem. ccar.*

ذَكَاءٌ. acumen ingenii. ذَكَاةٌ. 1) jugulatio. *Kam.* 2) acumen ingenii?

ذَكِيٌّ. 1) acutus mente. 2) acer odore. 3) Dseki. *nomen viri. pag.* 113.

ذَلَّ. *fut. I.* 1) vilis fuit. vilis factus est. 2) submisit se *alicui. cc* لِ *p.* IV. vilem fecit. humilem reddidit *aliquem. ccap.*

ذُلٌّ. *act. et* ذِلَّةٌ. vilitas. ذِلٌّ. via trita.

ذَلِيلٌ. *fem.* ةٌ. vilis. contemptus.

ذٰلِكَ. *pron.* hic. hoc. *fem.* تِلْكَ. haec. *pl.* أُولَائِكَ. hi. hae. haec. 2) كَذٰلِكَ. ita. eo modo. 3) لِذٰلِكَ. propterea. eam ob caussam.

ذَمَّ. *fut. O.* vituperavit *aliquem. ccap.* IV. protexit *aliquem. ccap.*

ذِمَامٌ. 1) tutela. clientela. 2) jus quod debetur.

ذَمَرَ. *fut. O.* 1) reprehendit *aliquem. ccap. Kam.* 2) instigavit *aliquem. ccap.*

ذَنَبَ. *fut. O. et I.* adhaesit *alicui. ccap.* IV. crimen commisit.

ذَنَبٌ. *pl.* أَذْنَابٌ. cauda.

ذَنْبٌ. *pl.* ذُنُوبٌ. crimen.

مُذْنِبٌ. *ag.* IV. culpae reus. maleficus. peccator.

ذَا. *pron.* hic. hoc. *fem.* ذِي. haec. *pl.* أُولَاءِ. hi. hae. haec. 2) ذَاكَ. ذَلِكَ. *pron.* iste. istud. 3) ذَيَّاكَ. *pron. demin.* hic. hoc. *Sacy grdm.* 1. 780. *Har.* 293.

ذُو. possessor *rei.* praeditus *re. ccgr.* ذُو جَمَالٍ. praeditus pulchritudine. *gen.* ذِي. *accus.* ذَا. *dual.* ذَوَا. *plur. nomin.* ذَوُو. *gen. accus.* ذَوِي. *Femininum* ذَاتٌ. praedita. *ccg.* ذَاتُ جَمَالٍ. praedita pulchritudine. *dual.* ذَوَاتَا. *plur.* ذَوَاتٌ. *Sacy. gram.* 1. 792. 2) ذَاتٌ. *subst.* natura. ratio *rei.* 3) ذَاتَ يَوْمٍ. quodam die. *Har.* 81. 186.

ذَابَ. *med. Waw. fut. O.* colliquefactus est.

ذَاقَ. *med. Waw. fut. O.* gustavit *rem. ccar.* IV. gustandum dedit *alicui aliquid. ccga.*

مَذَاقٌ. 1) *act.* gustatus. gustus. 2) palatum.

ذَوَى. *fut. I.* marcescit *herba.* ذَاوٍ. *ag.* marcidus.

ذَهَبَ. *fut. A.* 1) ivit. 2) abiit. 3) secum tulit. asportavit *rem. cc* ب *r.* II. inauravit *rem. ccar.* IV. 1) abstulit. sustulit *rem. ccar.* 2) abduxit *ab aliquo rem. cc* عن *p et car.* 3) inauravit *aliquid. ccar.*

ذَهَبٌ. aurum. ذَاهِبٌ. *fem.* ة. *ag.* abiens.

ذَهَابٌ. *act.* 1) incessus. 2) abitus. 3) interitus. ruina.

مَذْهَبٌ. 1) *act.* incessus. 2) via. modus. mos. 3) latrina. locus ubi lavantur precaturi.

مُذَهَّبٌ. *pp.* II. inauratus.

ذَهَلَ. *fut. A.* neglexit *aliquid.* oblitus est *rei. ecar.* IV. negligere fecit *aliquem aliquid.* distraxit *aliquem a re. ccap et* عن *r.*

ذَهُنَ. *fut. A.* ingenio pollet. *Gol.* 2) ذَهَنَ. ingenio superavit *aliquem. ccap. Kam.*

ذِهْنٌ. *pl.* أَذْهَانٌ. 1) intellectus. animus. 2) acumen. ingenium. *pag.* 53.

ذَاعَ. *med. Ja. fut. I.* divulgata fuit *res.* IV. divulgavit *rem. ccar.*

ذَالَ. *med. Ja. fut. I.* 1) laciniam habuit. 2) syrma traxit.

ذَيْلٌ. *pl.* أَذْيَالٌ. 1) cauda. 2) lacinia vestis. syrma. جَرَّ ٱلذَّيْلَ. traxit syrma. superbe incessit. 3) vestigium venti radentis arenae impressum.

ر

رَأَسَ. *fut. A.* primus fuit. antegressus est. *Kam.*

رَأْسٌ. *pl.* أَرْؤُسٌ. رُؤُوسٌ. رُؤُسٌ. 1) caput. *hominis vel bestiae.* 2) summum rei. extremum rei. 3) رَأْسُ ٱلْمَالِ. caput bonorum. sors. pecuniae summa.

رَئِيسٌ. *pl.* رُؤَسَاءُ. *Kam.* 1317. princeps. praefectus.

رَأَفَ. *fut. A.* clemens fuit *erga aliquem. cc* ب *p.*

رَأْفَةٌ. *act.* summa clementia.

رَأَى. *fut.* يَرَى. 1) vidit *rem. ccar.* In *passiv.* رُئِيَ. *fut.* يُرَى. visus est. 2) censuit. existimavit *aliquid. cc* أَنْ *verbi.* 3) bonum censuit *aliquid. cc* أَنْ *verbi. pag.* 41. *lin.* 7. 4) pulmonem laesit *alicujus. ccap.* IV. أَرَى. *fut.* يُرِى. 1) ostendit *alicui aliquid. ccga.* 2) prae se

tulit *rem. ccap* et أَنْ *r.* VIII. إِرْتَأَى. 1) expendit. deliberavit *rem. cc* فِى *r. Har.* 201. 2) cepit consilium. proposuit sibi *aliquid. ccar.*

رَأْىٌ. 1) *act.* visus. 2) opinio. sententia. الرَّأْىُ فِى فُلَانٍ. opinio de aliquo. 3) consilium. *pag.* 22. *lin.* 9.

رُؤْيَةٌ. *act.* adspectus. رِئَةٌ. pulmo.

مَرْأًى. 1) locus ubi quid videtur. 2) visus.

رِىٌّ. 1) forma. adspectus. *Gol.* 2) venustas. *Kam.*

رَايَةٌ. *pl.* رَايَاتٌ. vexillum. *Kamûs hoc vocabulum in radice* روى *exponit, quoniam Elif in eo scribitur non hamsatum.*

رَبَّ. *fut. O.* 1) possedit *rem. ccar.* 2) perfecit *rem. ccar. Har.* 46.

رَبٌّ. *pl.* أَرْبَابٌ. 1) possessor. أَرْبَابُ النِّعَمِ. possessores bonorum. i. e. divites. أَرْبَابُ الْهَوَى. amatores. 2) dominus. princeps. 3) اَلرَّبُّ. Deus. *Kam.*

رَبَابٌ. 1) nubes alba. 2) cithara. 3) اَلرَّبَابُ. Errebâb. *nomen mulieris. pag.* 130.

رُبَّ. *adv.* 1) saepe. multus. 2) nonnunquam. aliquot *adsumit sibi nomen indefinitum in genitivo positum;* رُبَّ وَرْقَاءَ. saepe columba. multae columbae. *pag.* 156. *Nonnunquam pro* رُبَّ *ponitur* وَ*, quod perinde atque* رُبَّ *nomen sibi adsumit indefinitum in genitivo positum, ut* وَوَرْقَاءَ. saepe columba. multae columbae. *Sacy gram.* 1. 842.

رُبَّمَا. *adv.* 1) saepe. 2) nonnunquam. *compos. ex* رُبَّ *et* مَا. *Sacy gram.* 1. 842.

رَبِحَ. *fut. A.* lucratus est *aliquid. ccar.* رِبْحٌ. lucrum. quaestus.

رَبَطَ. *fut. O. et I. Kam.* ligavit. alligavit *aliquid. ccar.* III. 1) perseveravit *in re.* incubuit *in rem. ccar.* 2) militavit in confinio; *pro tuenda patria. pag.* 40.

رِبَاطٌ. *act.* III. 1) studium rei. 2) militia in confinio. expeditio. *pag.* 41.

رَبَعَ. *fut. A.* 1) commoratus est. 2) quartam partem cepit bonorum *alicujus. ccap.* II. quadratum fecit *aliquid. ccar.* V. verno commoratus est *aliquo.* cc بِ *l. Kam.*

أَرْبَعَةٌ, *fem.* أَرْبَعٌ. quatuor. رَابِعٌ, *fem.* ةٌ. quartus.

أَرْبَعَةَ عَشَرَ. *fem.* أَرْبَعَ عَشْرَةَ. quatuordecim.

أَرْبَعُونَ. quadraginta. أَرْبَعُمِائَةٍ. quadringenti.

رُبْعٌ. quarta pars. quadrans.

أَرْبِعَاءُ. *et* يَوْمُ ٱلْأَرْبِعَاءِ. dies Mercurii. feria quarta.

رَبِيعٌ. 1) ver. tempus vernum. 2) شَهْرُ رَبِيعٍ ٱلْأَوَّلِ. *Kam. pag.* 1018. *vel* رَبِيعٌ ٱلْأَوَّلُ. *Sacy gram.* 1. 739. Primus mensis Rebi. *nomen mensis tertii Arabum moslemorum.* 3) شَهْرُ رَبِيعٍ ٱلْآخِرِ. *Kam. vel* رَبِيعٌ ٱلْآخِرُ. *Sacy gram.* 1. 739. Ultimus mensis Rebi. *nomen mensis quarti Arabum moslemorum.* 4) ٱلرَّبِيعُ. Errebi. *nomen viri. Kam.*

رَبِيعَةٌ. 1) cassis ferrea. 2) رَبِيعَةُ. Rebia. *nomen viri.* 3) أَبُو رَبِيعَةَ. Abu rebia. *cognomen viri.*

رِبْعِيٌّ. Ribi. *nomen viri. pag.* 141. *Kam.*

مُرَبَّعٌ. pp. II. quadratus. تَرْبِيعٌ. act. II. quadratum. figura quadrata.

مُرْتَبَعٌ. pp. VIII. et مُتَرَبَّعٌ. pp. V. pag. 144. mansio verna.

رَبَا. fut. O. crevit. II. educavit aliquem. ccap.

تَرْبِيَةٌ. act. II. educatio, Sacy gram. 1. 570.

رَتَّ. balbus fuit.

رَتٌّ. pl. رُتُوتٌ. princeps. praefectus. pag. 78.

رَتَبَ. fut. O. constitit. firmus fuit.

مَرْتَبَةٌ. 1) gradus scalae. locus. 2) pulvinar.

مَرْتَبٌ. sella. pulvinar. pag. 2. lin. 14.

رَتَعَ. fut. A. 1) comedit bibitque. 2) pastum incessit equus. pag. 68.

رَثَى. fut. I. deflevit mortuum. celebravit mortuum carmine vel oratione. ccap.

رَجَعَ. fut. I. 1) rediit ad aliquid. cc إِلَى r. 2) destitit a re. cc عن r. II. iteravit. reciprocavit vocem. ccar. VI. 1) retrogressus est. 2) ad se rediit.

رَاجِعٌ. fem. ة. ag. rediens.

رُجُوعٌ. act. 1) reditus. 2) obsequium. obtemperatio alicui. cc إِلَى p. pag. 5.

رَجِلَ. fut. A. pedes incessit. 2) رَجُلَ. fut. O. virili animo fuit. V. pedes incessit. in pedes descendit.

رَاجِلٌ. ag. pl. رِجَالٌ. رُجَّالٌ. رَجَّالَةٌ. pedes. pedites.

رِجْلٌ. fem. pl. أَرْجُلٌ. pes.

رَجُلٌ. pl. رِجَالٌ. vir.

رَجَمَ. *fut. O.* 1) necavit. obruit *aliquem. ccap.* 2) lapidavit *aliquem. ccap.*

رَجَا. *fut. O.* speravit *aliquid. ccar vel c* أَنْ *fut.*

رَجَا. *act.* spes.

رَجَآءٌ. 1) ora putei. 2) Radscha. *nomen viri. pag.* 36. 37.

رَحُبَ. *fut. O.* amplus fuit. commodus fuit.

رَحِيبٌ. *fem.* ةٌ. 1) amplus. 2) صَدْرٌ رَحِيبٌ. pectus amplum. animus laetus.

رُحْبٌ. *act.* amplitudo. بِٱلرُّحْبِ وَٱلسَّعَةِ. cum amplitudine et commoditate! i. e. gratus venisti! commodo fruaris loco, *formul. salutandi hospitem.*

مَرْحَبٌ. amplitudo. commoditas. مَرْحَبًا بِكَ. commodo fruaris loco! felix sit tibi adventus! *pag.* 2. *formul. salutandi hospitem.*

رَحَلَ. *fut. A.* 1) sellam imposuit *camelo. cca.* 2) profectus est *in locum. cc* إِلَى *l.*

رَحْلٌ. 1) *act.* profectio. 2) رَحْلٌ. *pl.* رِحَالٌ. sella camelina.

رِحْلَةٌ. profectio. رَاحِلَةٌ. jumentum vectarium. camela.

رَاحِلٌ. *ag. pl.* رُحَّالٌ. iter faciens. eques.

رَحِيلٌ. *pl.* رِحَالٌ. iter faciens. eques.

مَرْحُولٌ. *pp.* sella instructus *camelus.*

أَبْنُ ٱلْمُرَحِّلِ. *ag.* II. Ebn el morachchil. *nomen viri. pag.* 156.

رَحِمَ. *fut. A.* misertus est *alicujus. ccap.* رَحِمَهُ ٱللّٰهُ. misereatur ejus Deus! *adjici solet nominibus hominum defunctorum.* V. commiseratus est *rem. cc* عَلَى *r.*

رَحْمَةٌ. misericordia. تَرَحُّمٌ. act. V. commiseratio.

رَاحِمٌ. ag. miserescens. رَحِيمٌ. comp. أَرْحَمُ. misericors.

رَحْمَنٌ. رَحْمَانٌ. et رَحْمَانٌ. Sacy gram. 1. 728. misericors.

رَخُمَ. fut. O. lenis fuit. mitis fuit.

رَخْمٌ. lac spissum.

رُخَامٌ. lapis albus. marmor album. رُخَامَةٌ. unit. lapis marmoreus.

رَخِيَ. ult. Waw. fut. A. laxus fuit. flaccidus fuit. IV. laxavit. demisit velum. ccar. pag. 142.

مُرْخًى. pp. IV. laxatus. demissus. pag. 60.

رَدَّ. fut. O. 1) repulit. recusavit rem. ccar. Kam. 2) remisit. reddidit rem alicui; responsum alicui. ccar et على p. vel الى p. 3) repetivit. iterum dixit aliquid alicui. ccar et على p. pag. 125. lin. 13. II. mente repetivit rem. ccar. V. venit ivitque. ultro citroque commeavit.

رَدٌّ. act. 1) repulsio. recusatio. 2) reddere.

مَرْدُودٌ. pp. fem. ة. 1) repulsus. 2) redditus.

رَدِفَ. fut. A. pone venit. sequutus est aliquem. ccap.

رِدْفٌ. pl. أَرْدَافٌ. clunes. nates. pag. 159.

رَدَى. fut. I. calcavit equus terram. ccar. 2) رَدِيَ. fut. A. periit. interiit. II. operuit aliquem. ccap. Gol. IV. delevit. peremit aliquem. ccap.

رَدًى. Kam. act. interitus. alii scribunt رَدَى.

رِدَاءٌ. 1) pallium. vestis exterior. 2) gladius.

رَزَقَ. fut. O. 1) largitus est alicui aliquid. ccga. In passiv. رُزِقَ شَيْئًا. obtinuit rem. 2) sustentavit aliquem. ccap.

رِزْقٌ: *pl.* أَرْزَاقٌ. 1) commeatus. victus. 2) donum. 3) stipendium.

رَزَّاقٌ. 1) largitor. sustentans. 2) اَلرَّزَّاقُ. Deus.

رَسَّ. *fut. O.* 1) fodit *puteum.* 2) perquisivit *aliquid.*

رَسٌّ. puteus; *maxime lapidibus oppletus.* رَسِّيٌّ. Ressita. *gent. Kam.*

رَسَلَ. *fut. O.* misit nuntium. *Gol.* 2) رَسِلَ. *fut. A.* demissus fuit. passus fuit *capillus. Kam.* III. nuntium misit *ad aliquem de aliqua re. ccap et* فِي *r vel* عَلَى *r vel* بِ *r.* IV. 1) misit *aliquid ad aliquem. ccar et* إِلَى *p.* 2) misit nuntium *ad aliquem de aliqua re. cc* إِلَى *p et* بِ *r.* X. demissus fuit. passus fuit *capillus.*

رَسُولٌ. *pl.* رُسُلٌ. 1) nuntius. legatus. 2) رَسُولُ اَللّٰهِ. *vel* اَلرَّسُولُ. legatus Dei, *est* Mohammed.

مُرَاسَلَةٌ. *act.* III. adlegatio ad aliquem. missio legatorum. missio litterarum.

مُسْتَرْسِلٌ. *ag.* X. demissus. passus *capillus.*

رَسَمَ. *fut. O.* 1) signavit *locum.* impressit signa *loco. ccar. Kam.* 2) scripsit *in re. cc* عَلَى *r.* V. 1) investigavit. contemplatus est. 2) addidicit. edidicit *aliquid. ccar. Kam. pag.* 119. *lin.* 15. *cc* بِ *r.*

رَسْمٌ. *pl.* رُسُومٌ. 1) signum. vestigium. 2) praescriptum. constitutum. 3) solitum. consuetudo.

مَرْسُومَةٌ. *pl.* مَرَاسِمُ. 1) praescriptum. mandatum. 2) jus. 3) debitum. requisitum. *pag.* 3. *lin.* 12. *Men.*

رَسَا. *fut. O.* constitit. firmus fuit. IV. constitit. firmus fuit.

رَشَّ. *fut. O.* conspersit *locum aliqua re. ccal et* بِ *r. pag.* 3. *lin.* 6.

رَشَحَ. *fut. A.* sudavit. رَشْحٌ. sudor. humor.

رَشَدَ. *fut. O.* rectam viam instituit. recte fecit.

رُشْدٌ. *act.* integritas. firmitudo animi.

رَشِيدٌ. probus. integer. 2) اَلرَّشِيدُ. Erraschîd; *cognomen Haruni, chalifae Abbassidae.*

رَشَفَ. *fut. O.* sorpsit *aquam. ccar.*

مَرْشَفٌ. *pl.* مَرَاشِفُ. labium. *pag.* 159.

رَشَقَ. *fut. O.* 1) jaculatus est *aliquem sagittâ. ccap et* ب *r.*

2) رَشُقَ. *fut. O.* gracilis fuit. egregia statura fuit.

رَشِيقٌ. 1) gracilis. procerus. 2) Raschîk. *nomen viri. Kam.*

رَصَعَ. *fut. A.* 1) percussit. pupugit. 2) رَصِعَ. *fut. A.* adhaesit *rei. cc* ب *r.* II. 1) composuit. contexuit *rem. ccar.* 2) ornavit. inauravit. gemmavit *rem. ccar.*

مُرَصَّعٌ. *fem.* ة. *pp.* II. ornatus. auratus. gemmatus.

رَصَفَ. *fut. O.* 1) conjunxit. composuit *res. ccar.* 2) رَصُفَ. *fut. O.* firmus fuit.

رِصَافَةٌ. nervus quo extrema pars sagittae obvolvitur.

اَلرُّصَافَةُ. 1) Errusâfa; *nomen oppidi in Syria siti.* 2) Errusâfa; *nomen vici Kufensis.* 3) Errusâfa; *nomen vici Wasetensis.* 4) Errusâfa; *nomen vici Bagdadensis; aliorumque locorum. Kam.*

رَضَّ. confregit. contudit *rem. ccar.*

رَضٌّ. *act.* contusio. *pag.* 87.

رَضَبَ. sorpsit. suxit *aliquid. ccar.*

رُضَابٌ. 1) humor labiorum. saliva tenuior. 2) spuma mellis.

رضع. *fut. A.* suxit *mammam. ccar.* IV. lactavit. lac praebuit *pullo. ccap.*

رضي. *ult. Waw. fut. A.* gratum habuit *aliquid.* acquievit *in re. ccar vel* عن *r vel* ب *r vel* أنّ *verb.* رَضِيَ ٱللّٰهُ عَنْهُ. gratum habeat eum Deus! *adjici solet nominibus comitum Mohammedis.*

رِضًى. *et* رِضًا. *act.* 1) gratia. favor. 2) laetus animus.

راضٍ. *ag.* acquiescens. contentus. ٱلرَّاضِي بِٱللّٰهِ. *et decurtum* ٱلرَّاضِي. Errâdi billa, *et* Erradi; *i. e. acquiescens in Deo; cognomen chalifae Abbasidae vigesimi.*

رطب. *fut. O.* 1) mollis fuit. tener fuit. 2) recens fuit.

رَطْبٌ. *fem.* ة. 1) tener. mollis. 2) recens. virens.

رَطِيبٌ. recens. virens.

رُطَبٌ. *coll.* رُطَبَةٌ. *unit.* dactyli recentes.

رعد. *fut. O. et A.* tonuit *nubes.* IV. tremefecit *aliquem. ccap. In passiv.* tremefactus est. VIII. tremuit.

رِعْدَةٌ. tremor. ٱرْتِعَادٌ. *act.* VIII. tremor.

رعي. *fut. A.* 1) pastum ivit *grex.* 2) pavit *gregem. ccar.*

راعٍ. *ag. pl.* رُعَاةٌ. pastor. custos gregis.

رَعِيَّةٌ. 1) grex. 2) populus. subditi.

مَرْعًى. *pl.* مَرَاعٍ. 1) *act.* pastus. pastio. 2) pabulum. 3) locus pascendi.

رغب. *fut. A.* 1) inclinavit se *ad rem.* appetivit *rem. cc* في *r.* 2) declinavit *a re.* fastidivit *rem. cc* عن *r.* II. incitavit *aliquem ad rem. ccap et* في *r.*

رَغْبٌ. *act.* appetentia. رَاغِبٌ. *ag.* appetens *rem.* *cc* فِي *r.*

رَغِمَ. *fut. A.* fastidivit *rem. ccar.*

رَغْمٌ. *act.* fastidium. عَلَى رَغْمٍ. invite. coacte. *pag.* 18.

رَفَّ. *fut. O. et I.* 1) palpitavit *res.* 2) alas expandit *avis.*

رَفْرَفَ. *quadrilit.* alas expandit. alas motitavit. volitavit. *pag.* 44.

رَفَعَ. *fut. A.* 1) elevavit. extulit *rem. ccar.* 2) repulit. abstulit *rem. ccar.* رُفِعَ مِنْ شَيْءٍ. retecta est res. 3) admovit *rem ad aliquem.* retulit *aliquid ad aliquem. ccar et* إِلَى *p.* 4) رَفُعَ. *fut. O.* excelsus fuit. nobilis fuit. 5) رَفُعَ. *fut. O.* alta voce fuit. alta fuit *vox.* III. pepercit *alicui. cc* بِ *p.* VIII. elatus est. adscendit.

رَفْعٌ. *act.* ablatio. deductio. رَفْعُ ٱلْخَرَاجِ. remissio vectigalis. *pag.* 21.

مُرَافَعَةٌ. *act.* III. parcere alicui.

رَفِيعٌ. *comp.* أَرْفَعُ. altus. excelsus.

رَفَقَ. *fut. A. et* رَفُقَ. *fut. O.* benignus fuit *erga aliquem. cc* بِ *p et* عَلَى *p.* III. amicus fuit. socius fuit *alicujus. ccap.*

رَفِيقٌ. socius. amicus. مُرَافَقَةٌ. *act. III.* consortio. familiaritas.

رَقَّ. رَقَقْتُ. أَرِقُّ. 1) tenuis fuit. 2) dilexit *aliquem.* *cc* لِ *p.* 3) misertus est *alicujus.* *cc* لِ *p.* IV. servum fecit *aliquem. ccap.* X. misertus est *rei. ccar.*

رَقْرَقَ. *quadrilitt.* tenuiter effudit *aquam. ccar. Kam.* II. 1) motus est. tremuit. 2) splenduit.

رِقٌّ. servitus. conditio mancipii.

رقّة. benignitas. amor.

رقيق. 1) mollis. tenuis. tener. *comp.* أرق. 2) servus. mancipium.

رقّة. 1) ora fluvii depressa. *Kam.* 2) الرقّة. Errakka. *nomen loci prope Bagdad. Kam.* 3) الرقّة. Errakka. *nomen plurium oppidorum. Kam.*

رقّي. Rakkensis. *gent.*

رقب. *fut. O.* observavit *aliquid. ccar.* III. speculatus est *aliquid. ccar.*

رقيب. speculator. explorator.

رقد. *fut. O.* dormivit.

رقص. *fut. O.* saltavit. tripudiavit. lusit.

رقّاص. saltator. رقّاصة. saltatrix. *pag.* 3.

رقع. *fut. A.* resarsit *vestem. ccar.*

رقعة. 1) lacinia. cento. 2) scheda. charta.

رقم. 1) scripsit. 2) punctis notavit *aliquid. ccar.* 3) lineis virgisque insignivit *vestem. ccar. Kam.*

رقم. *pl.* رقوم. 1) nota. linea. stria. 2) pictura virgata. 3) vestis picta. *Har.* 359.

رقي. *ult. Ja. fut. A.* adscendit *in locum. cc* الى *l.* VIII. adscendit *in locum. cc* الى *l. pag.* 36.

ركب. *fut. A.* 1) equitavit *in camelo.* vectus fuit *equo. ccar.* 2) inscendit *in equum. ccar.* 3) subivit *rem. ccar.* ركب الهول. subivit periculum. 4) perpetravit *facinus. ccar.*

ركوب. *act.* 1) equitatio. 2) perpetratio. ركوب الحرام. perpetrare crimen.

رَاكِبٌ. *ag. pl.* رُكَّابٌ. 1) equitans. eques. 2) iter faciens. 3) perpetrans.

مَرْكَبٌ. *pl.* مَرَاكِبُ. 1) navis. vehiculum. 2) jumentum.

رِكَابٌ. 1) *coll.* cameli. *Kam.* 2) stapes. سَارَ فِي رِكَابِهِ. sequutus est aliquem. pedisequus fuit alicujus. *pag.* 90.

رَكَزَ. *fut. O. et I.* defixit in terra *hastam. ccar.*

مَرْكُوزٌ. *fem.* ة. *pp.* defixus in terra. *pag.* 68.

رَكَضَ. *fut. O.* pede percussit *aliquem. ccap. Har.* 264.

رَكَعَ. *fut. A.* inclinavit caput deorsum *aliquis.*

رُكُوعٌ. *act.* inclinatio capitis.

رَكْعَةٌ. inclinatio capitis. *ritus precandi.*

رَكَنَ. *fut. O. et A.* inclinavit se *ad rem.* nixus fuit *re.* cc إِلَى *r.*

مِرْكَنٌ. *pl.* مَرَاكِنُ. vas. labrum. *pag.* 3.

رَمَحَ. *fut. A.* hasta confodit *aliquem. ccap.*

رُمْحٌ. *pl.* رِمَاحٌ. hasta. lancea.

رَمِضَ. *fut. A.* ferbuit.

رَمَضَانُ. Ramadân; *i. e. fervens. nomen mensis Arabum moslemorum noni.*

رَمَقَ. *fut. O.* leviter intuitus est *aliquem. ccap.*

رَمَلَ. 1) tenuem effecit *texturam. ccar.* 2) properavit. tolutim incessit. IV. vidua facta est *mulier.*

رَمَلٌ. *act.* 1) properatio. 2) metrum properans. *metrum quoddam carminum arabicorum.*

أَرْمَلَةٌ. *pl.* أَرَامِلُ. vidua.

رُمَّانٌ. *coll.* رُمَّانَةٌ. *unit.* malum granatum.

رَمَى. *fut. I.* 1) projecit *rem.* ccar *vel* ب r. 2) lacessivit sagittis petivit *aliquem.* *ccap et* ب *r.* IV. projecit *aliquid.* dejecit *aliquem.* *ccap. pag.* 87.

مَرْمًى. 1) scopus. meta. *Har.* 46. 2) locus jaculandi.

مِرْمًى. sagitta. *Har.* 46.

رَنَحَ. vertigine adfectus fuit. II. quassavit. perturbavit *aliquem. ccap. pag.* 169. V. 1) titubavit. vacillavit. 2) pitissavit. *Kam.*

مُتَرَنِّحٌ. *ag.* V. titubans. vertigine adfectus.

رَنَا. *fut. O.* continuo spectavit in *aliquem,* cc إِلَى *p. pag.* 173.

رَآءٌ. Ra. *nomen litterae.*

رَآئِيٌّ. *fem.* ة. raicus. *i. e. carmen cujus versiculi in litteram Ra desinunt. pag.* 146.

رَاحَ. *med. Waw.* 1) *fut. O.* vesperi fuit. vesperi ivit. 2) *fut. A. et I.* olfecit *rem. ccar.* 3) quievit. IV. olfecit *rem. ccar.* X. 1) quievit. 2) acquievit *in amico.* cc إِلَى *p.*

رُوحٌ. *pl.* أَرْوَاحٌ. *m. et f.* 1) animus. 2) anima. 3) ipse. إِلَى رُوحِي. ad me ipsum.

رِيحٌ. *pl.* أَرْيَاحٌ. 1) ventus. 2) odor exhalatus.

رَاحٌ. *fem.* vinum.

رَاحَةٌ. quies. relaxatio doloris.

رَائِحٌ. *fem.* ة. *ag.* fragrans.

رَائِحَةٌ. 1) *pl.* رَوَائِحُ. odor. fragrantia. 2) *trop.* minimum rei.

رَيْحَانٌ. *pl.* رَيَاحِينُ. 1) flos odorus. 2) *pec.* ocimum.

رَادَ. *med. Waw. fut. O.* 1) quaesivit *rem. ccar.* 2) ivit.
IV. 1) أَرَادَ. voluit *aliquid. ccar vel c* أَنْ *verb. vel c fut. verb.* 2) أَرَادَ. petivit *locum. ccal.* 3) أَرْوَدَ. lente incessit.

رَوْدٌ. *et demin.* رُوَيْدٌ. lentitudo. lenitudo. رُوَيْدًا. lente.
رُوَيْدَكَ. lente agas! lente incedas!

رَيْدَانُ. *fem.* ة. 1) lenis. leniter incedens. 2) رَيْدَانُ. Reidân. *nomen viri. pag.* 116. *Sacy Chrest.* 2. *pag.* 94.

رَاضَ. *med. Waw. fut. O.* domuit. mansuefecit *aliquem. ccap.* IV. rigavit. potum praebuit *alicui. ccap.* X. aquam continuit *locus.*

رَوْضٌ. *sing. pag.* 163. *et* رَوْضَةٌ. *pl.* رِيَاضٌ. *et* رَوْضٌ. locus irriguus. hortus. pratum.

رَاعَ. *med. Waw. fut. O.* 1) terruit *aliquem. ccap.* 2) timuit. II. terruit *aliquem. ccap.*

تَرْوِيعٌ. *act. II.* terrorem injicere.

رَاقَ. *med. Waw. fut. O.* 1) clarum fuit *vinum.* 2) splenduit *res.* II. colavit. clarum reddidit *vinum. ccar.* IV. effudit *aquam. ccar.*

رَائِقٌ. *fem.* ة. pulcher. 2) رَائِقَةُ. Raika. *nomen mulieris. pag.* 130.

مُرَوَّقٌ. *fem.* ة. *pp. II.* vinum colatum. vinum clarum. *etiam* coctum. *pag.* 132.

إِرَاقَةٌ. *act. IV.* effusio.

رَاوُوقٌ. *Kam.* رَاقُوقٌ. colum. *quo clarum redditur vinum. pag.* 127.

رَامَ. *med. Waw. fut. O.* appetivit *rem. ccar. In pass.* petitus est. vexatus est.

مَرَامٌ. appetentia. intentio. propositum.

رُومٌ. 1) imperium Romanum. imperium Graecum. 2) Asia minor.

رُومِيٌّ. fem. ة. gent. graecus. بِالرُّومِيَّةِ. graece. modo graeco.

اِبْنُ ٱلرُّومِيِّ. Ebn errumi. nomen poetae.

رَوَى. 1) fut. I. aquam hausit. potum praebuit alicui. cc ل p. vel ccap. 2) رَوِيَ. fut. A. potu expletus fuit. 3) رَوَى. fut. I. narravit. retulit rem. ccar. 4) recitavit carmen alicujus poetae. cc ل p. pag. 125. lin. 1. II. expendit. consideravit rem. cc فِي r. pag. 101.

رَيٌّ. act. 1) potum praebere. 2) potu expleri.

رِيٌّ. act. 1) potu expleri. potus amplus. 2) Gol. adspectus elegantior.

رَيًّا. odor suavis. Kam.

رَيَّانُ. potu expletus. pag. 64.

رَاوٍ. ag. رُوَاةٌ. pl. narrator.

رَاوِيَةٌ. Kam. 1887. رَاوِيَةٌ. Kam. 1018. narrator. relator. recitator.

رَهِبَ. fut. A. timuit. II. terruit aliquem. ccap.

تَرْهِيبٌ. act. II. pertimefacere. minatio. pag. 107.

رَهَجَ. IV. pulverem excitavit.

رَهْجٌ. pulvis. pag. 103.

رَهِقَ. fut. A. accessit ad aliquem. ccap. Kam.

رَابَ. *med. Ja. fut. I.* suspicionem injecit *alicui res. ccap et nom. r.* VIII. dubitavit *de re. cc* فِي *r.*

رَيْبٌ. *act.* suspicio. dubitatio.

رِيبَةٌ. suspicio. scandalum.

اِرْتِيَابٌ. *act. VIII.* dubitatio.

رَيْطَةٌ. *pl.* رِيَاطٌ, vestis delicata, vestis mollior. *Kam.*

رَافَ. *med. Ja. fut. I.* effusa fuit *aqua.*

رِيفٌ. saliva. aqua oris.

ز

زَبَّ. *fut. I.* pilosus fuit. hirsutus fuit. *Kam.* 2) زَبَّبَ. spumavit os. *Kam.* II. pandit *uvam. ccar.*

زَبِيبٌ. *coll.* زَبِيبَةٌ. *unit.* uvae passae. 2) زَبِيبَةٌ. Sebibe; *nomen mulieris. pag.* 96.

زَبَرَ. *fut. O. et I.* prohibuit. vetuit. *Kam.*

زَبْرٌ. 1) *adj.* fortis. 2) lapis.

اَلزُّبَيْرُ. Essobeir. *nomen viri.* زُبَيْرِيٌّ. Sobeirida. *gent.*

زَبَرْجَدٌ. species quaedam Smaragdorum. *vide Sacy Chrestom. sec. edit. tom. I. pag.* 267.

زَجَّ. II. in longum diduxit extenuavitque *rem. ccar.*

أَزَجُّ. *fem.* زَجَّاءُ. *pl.* زُجٌّ. 1) protractum ac tenue *supercilium. pag.* 47. 2) protractum ac tenue supercilium habens. *Kam.*

زُجَاجٌ. vitrum. زَجَّاجِيٌّ. vitrarius.

زَجَّاجِيٌّ. Sedschdschadschita; *gent. derivatum à nomine viri, scilicet* أَبُو إِسْحَاقَ ٱلزَّجَّاجُ. *Kam.*

زَحَمَ. *fut. A.* pressit *aliquem. ccar. Kam.* VIII. confluxit *turba.*

أَزْدِحَامٌ. *act. VIII.* congregatio. turba.

زَخَرَ. *fut. A.* tumuit. exundavit; *mare.*

زَاخِرٌ. *ag. fem.* ة. *et* زَخَّارٌ. tumens. exundans. *pag.* 57.

زُخْرُفٌ. 1) aurum. 2) splendor. venustas. *pag.* 151.

زَرَّ. *fut. O.* globulis constrinxit *vestem. ccar. germ. zuknöpfen. gall. boutonner.* II. *idem. pag.* 167.

زِرٌّ. *pl.* أَزْرَارٌ. globulus quo constringitur vestis. *germ. Knopf. gall. bouton. pag.* 172.

زَرَدَ. *fut. O.* contexuit *ex annulis ferreis loricam. ccar.*

زَرْدٌ. *act.* contextus *annulorum in lorica.*

زَرَدٌ. lorica ex annulis ferreis contexta.

زَرَدِيَّةٌ. galea. *pag.* 111.

زَرَعَ. *fut. A.* seminavit *aliquid. ccar.*

مَزْرَعَةٌ. *pl.* مَزَارِعُ. ager consitus.

زَرِقَ. *fut. A.* caeruleus fuit.

أَزْرَقُ. *fem.* زَرْقَاءُ. caeruleus.

زَرْنَبٌ. Serneb; *nomen aromatis suffimentive cujusdam. Kam.*

زَرْنَبُ. Serneb. *nomen mulieris. pag.* 130.

زَعْفَرَ. *quadrilitt.* croco tinxit *aliquid. ccar.*

زَعْفَرَانٌ. Crocus. أَبْنُ زَعْفَرَانَ. Ebn saaferan. *nomen viri. pag.* 114.

زَعَقَ. *fut. A.* clamavit. زَعْقَةٌ. clamor.

زَعَمَ. *fut. O.* 1) dixit. contendit *aliquid ccar vel c* أَنَّ. 2) spospondit *pro aliquo. cc* ب *p.*

زَعْمٌ. *act.* opinio.

زَعِيمٌ. 1) sponsor. 2) dux. princeps. *pag.* 79.

زَفَّ. *fut. O.* deduxit *sponsam ad sponsum. ccap et* إِلَى *p.*

زَفَرَ. *fut. I.* suspiravit. زَفِيرٌ. *act.* suspiratio.

زَفْرَةٌ. suspirium. *pag.* 52.

زَقَّ. *fut. O.* rostro in rostrum inserto aluit *pullum suum avis. ccap.*

زُقَاقٌ. angiportus. platea angustior. *pag.* 1.

زَكَمَ. replevit *aliquid. ccar.*

زَكَرِيَّاءُ. Sekarijja. *nomen viri. Zacharias.*

زَكَا. *fut. O.* 1) bonis abundavit. commode vixit. 2) probus fuit.

زَكِيٌّ. *fem.* ة. bonus. praestans.

زَلَّ. زَلَلْتَ. *fut.* تَزِلُّ. 1) caespitavit. lapsus est. 2) properavit. velociter abiit.

زَلَّةٌ. error. hallucinatio. offensio.

زُلَالٌ. 1) aqua limpida; *velociter per guttur delabens.* 2) navicula. *pag.* 23.

زَلِقَ. *fut. A.* lapsus est.

أَبْنُ زُولَاقٍ. Ebn sulak. *nomen viri. pag.* 119.

زَمَّ. ligavit. constrinxit *aliquem. ccap.*

زِمَامٌ. 1) funiculus. 2) habena. *pag.* 73.

زمر. *fut. O. et I.* cecinit fistula. cecinit instrumento musico.

مزمار. *pl.* مزامير. fistula. psalterium. instrumentum musicum. *pag.* 131.

زمرد. *et* زمرذ. *unit.* زمردة. smaragdus.

زمن. *fut. A.* veterascit.

زمن. *et* زمان. *pl.* أزمان. tempus.

زنج. III. rependit.

زنج. *et* زنج. Sendschitae. *nomen gentis africanae.* *pag.* 102.

زنجار. 1) aerugo. 2) Sindschar. *nomen viri.*

زند. *fut. I.* 1) excudit *ignem. ccar. Hariri.* 479. 2) implevit.

زند. *pl.* زناد. 1) junctura brachii et manus. *Kam.* 2) cubitus. *Gol.* 3) igniarium.

أبو الزناد. Abu ssinâd. *vel* أبو الزناد. Abu ssennâd. *nomen viri.*

زنديق. *pers.* impius. haereticus.

زنى. *fut. I.* scortatus est. زناء. *act.* scortari.

زاج. *med. Waw. fut. O.* concivit *homines.* *cc* بين *p.* *Kam.* II. matrimonio conjunxit *aliquem cum aliqua.* *ccga vel ca et* ب. V. nupsit *alicui. ccap.*

زوج. 1) maritus. 2) uxor. زوجة. uxor.

تزويج. *act. II.* conjunctio. matrimonium.

زار. *med. Waw. fut. O.* visitavit *aliquem.* adiit *aliquem. ccap.*

زائر. *pl.* زوار. *ag.* visitans.

زال. *med. Waw. fut. O. et A.* 1) cessavit. desiit. 2) reliquit *locum. cc* عن *l. Kam.*

زوى. *fut. I.* 1) removit *rem. ocar. Kam.* 2) celavit *aliquid aliquem. ocar et* عن *p. Kam.*

زاوية. *pl.* زوايا. angulus. cella.

زهد. *fut. A.* repudiavit *rem.* abstinuit *a re. cc* في *r.*

زهد. *act.* abstinentia. *pag.* 151.

زهر. *fut. O.* nituit. IV. 1) nituit. 2) nitere fecit *aliquid. ocar.*

زهر. *coll.* زهرة. *unit. pl.* أزهار. *et* زهر. flos.

زاهر. *ag. et* زهر. *fem.* ة. *pl.* زهر. *et* زهراء. nitens. florens.

أزهر. *fem.* زهراء. *pl.* زهر. nitens.

زهار. nitens. lucidus. زهرة. splendor. *pag.* 151.

مزهر. *ag.* IV. *et* مزهر. *pp.* IV. nitens. *pag.* 76.

مزهر. *et* مزهرة. *pl.* مزاهر. lyra. testudo. *quae plectro percutitur.*

زهير. Soheir. *nomen viri.*

زهق. *fut. O.* 1) nituit. 2) nitere fecit *aliquod. ocar.* 3) *in pass.* زهي. superbivit *aliqua re. cc* ب *r. pag.* 178. *Har. pag.* 148.

زاد. *med. Ja. fut. I.* 1) aucta est *res.* 2) auctus est *re. ocar.* 3) excessit *numerum. cc* على *r vel c* عن *r.* 4) auxit *rem. co* في *r.* 5) auxit *aliquem aliqua re. ocga.* 6) adjecit in loquendo *cum aliquo. ccap.* زادني. adjecit in loquendo mecum. *pag.* 57. *lin.* 13. VI. increvit. aucta est *res.*

VIII. اِزْدَادَ. auctus est *re*. *ocar*. اِزْدَادَ فَرَحًا. majorem accepit laetitiam. X. augere jussit. pergere jussit *aliquem*. *ecap*.

زَيْدٌ. *act*. مَزِيدٌ. زِيَادَةٌ. incrementum.

زَائِدٌ. *fem*. ة. *ag*. crescens. auctus.

زَائِدَةٌ. *pl*. زَوَائِدُ. accessio. res accedens.

مُتَزَايِدٌ. *ag*. VI. augescens. auctus.

زَيْدٌ. Seïd. *nomen viri*. 2) زَيْدُ ٱلْخَيْلِ. Seid el chail. *i. e. Seid equorum*; *nomen viri*. زَيْدِيٌّ. Seidità. *gent*. *Kam*.

يَزِيدُ. Jesïd. *nomen viri*. يَزِيدِيٌّ. Jesidità. *gent*.

زِيَادٌ. Sijàd. *nomen viri*.

زَالَ. *med*. *Ja*. 1) *fut*. *I*. dimovit *aliquem ex loco*. *ccap et* عن *l*. 2) *fut*. *I*. *et A*. desiit *facere*. *cc fut*. *verb*. *vel ca particip*. *vel e* فِي *nom*. *etiam* لَمْ يَزَلْ عَلَى ذَلِكَ ٱلْحَالِ. non desiit haec agere. 3) cessavit *res*.

زَانَ. *med*. *Ja*. *fut*. *I*. ornavit. decoravit *aliquem*. *ccap*. II. 1) ornavit *aliquem*. *ccap*. 2) laudavit. celebravit *aliquem*. *ccap*. 3) decoravit tapetis similibusque rebus *urbem*. *ooal*. *pag*. 115. V. decoravit se. decoratus fuit.

زَيْنٌ. ornamentum. decus. زَيْنُ ٱلدِّينِ. Sein eddin; *i. e. decus religionis*. *cognomen viri*.

زِينَةٌ. ornamentum. adparatus.

تَزْيِينٌ. *act*. *II*. ornatio. مُزَيَّنٌ. *fem*. ة. *pp*. II. ornatus.

زَيِيَ. *vel* زَيَّا. II. vestivit *aliquem*. *ccap*. V. تَزَيَّا. vestivit se. vestitus fuit *aliqua re*. *cc*ب *r*. *pag*. 23.

زِيٌّ. vestitus. habitus.

س

س. *est particula tempus futurum indicans, quae praefigitur futuro indicativo et futuro paragogico; ut in* سَيَكْتُبُ: *scribet;* سَتَفْعَلُ: *facies. vide Sacy gram. p.* 1. 848.

سَئِرَ. *fut. A.* reliquus fuit. residuus fuit.

سَائِرٌ. *ag.* 1) reliquus. pars reliqua. *ccg.* 2) omnis. universitas. *ccg. quem vocabuli usum improbat Firuzabadius;* 3) incedens. *est a verbo* سَارَ.

سَأَلَ. *fut.* يَسْأَلُ *et* يَسْئَلُ. *imper.* سَلْ. اِسْأَلْ. اِسَلْ. *Kam. Sacy gr. p.* 1. 418. 1) interrogavit *aliquem de re. ccap et* عن r *vel* ب r. 2) petiit *aliquid ab aliquo. ccga; vel ccap et* أَنْ *futur.* 3) سَأَلَهُ بِاللّٰهِ. obtestatus est eum per Deum. III. سَايَلَ. *pro* سَاءَلَ. 1) interrogavit *aliquem. ccap,* 2) petiit *ab aliquo. ccap.*

سُؤَالٌ. *act.* 1) interrogatio. 2) petitio.

مَسْأَلَةٌ. *et* مَسْئَلَةٌ. 1) quaestio. 2) petitio.

سَبَّ. *fut. O.* 1) secuit *aliquid. ccar.* 2) conviciatus est *alicui. ccap.* III. conviciatus est *alicui. ccap.*

سَبَبٌ, *pl.* أَسْبَابٌ, 1) funis. 2) causa. occasio. بِسَبَبِ. propter. *ccg.*

سِبَابٌ. *act.* III. convicium.

سَبْسَبَ. *quadril.* effudit *aliquid. ccar.*

سَبْسَبٌ. planities vasta. desertum. *pdg.* 75.

سَبَتَ. *fut. O. et I.* sabbatum celebravit.

سَبْتٌ. 1) quies. 2) sabbatum Judaeorum. *hebr.* שַׁבָּת.

3) يَوْمُ السَّبْتِ. septima dies hebdomadis moslemicae.

سَبَحَ. *fut. A.* 1) natavit *in aqua. ccar. vel ccr.* 2) laudavit Deum, *scilicet dictis verbis* سُبْحَانَ اللّٰه, II. laudavit Deum, *scilicet dictis verbis* سُبْحَانَ اللّٰه.

سُبْحَانَ. *act.* 1) laudatio Dei. *Kam.* 2) سُبْحَانَ اللّٰه *vel* سُبْحَانَ اللّٰه. laus sit Deo! سُبْحَانَ مَن لَهُ الأَمْرُ. laus sit ei qui imperium tenet! 3) سُبْحَانَ مِن كَذَا. o quam mira res est! *formul. admirand.*

تَسْبِيح. *act. II. et* تَسْبِيحَة. laudatio Dei, *quae fit dictis verbis* سُبْحَانَ اللّٰه.

سُبْحَة. *pl.* سُبَح. corona globulorum precatoriorum. *germ. Rosenkranz.*

سَبَرَ. *fut. O.* exploravit *rem. ccar.*

سَبْر. 1) *act.* exploratio. 2) venustas rei.

سَابِرِيّ. pannus delicatus. pannus praestantior.

سَابُور. 1) Sabur. *nomen viri. pers.* شاه پور, *i. e.* regis filius. 2) Sabur. *nomen urbis in Persia sitae.*

سَابُورِيّ. Saburicus. *gent. pag.* 2.

سَبِطَ. *fut. O.* aequabilis fuit *res. comm.*

سِبَاط. Sibât. *vel* سَبَّاط. Sebbât. *nomen viri. p.* 131.

سَبَعَ. *fut. A. et I.* 1) abripuit *rem. ccar. Kam.* 2) septimam partem cepit bonorum *alicujus. ccap.* IV. feris lacessitus fuit.

سَبُع. *pl.* سِبَاع. 1) fera. 2) leo.

مُسْبَع. *ag.* IV. feris lacessitus.

سَبْعَةٌ *fem.* سَبْعٌ. septem.

سَبْعَ عَشَرَ *fem.* سَبْعَةَ عَشَرَ. septemdecim.

سَبْعُونَ. septuaginta. سَبْعُ مِائَةٍ. septingenti.

سَابِعٌ. septimus. اَلسَّابِعَ عَشَرَ. decimus septimus.

سَبَغَ. *fut. O.* amplus fuit. سَابِغٌ. *fem.* ة. *ag.* amplus. completus.

سَبَقَ. *fut. O. et I.* 1) praecessit. praevertit *aliquem. ccap.* 2) praecessit. primus pervenit *ad aliquid.* cc الى r. *pag.* 44.

سَابِقٌ. *fem.* ة. *ag.* *pl.* سَوَابِقُ. 1) praecedens. 2) decurrens; *lachryma. pag.* 52. 3) سَابِقٌ. Sabik. *nomen viri. Kam.*

سَبَكَ. *fut. I.* liquefecit *aliquid. ccar.*

سَبِيكٌ. liquefactum *aurum. pag.* 168.

سُبْكُ اَلضَّحَّاكِ. Subk eddachak. *nomen vici in Aegypto siti. Kam.* سُبْكُ اَلْعَبِيدِ. Subk el abid. *nomen vici in Aegypto siti. Kam.*

سُبْكِيٌّ. Subkensis. *gent. pag.* 166.

سَبَلَ. IV. 1) dimisit. laxavit *aliquid. ccar.* 2) fudit *lachrymas. ccar.*

سَبِيلٌ. *utr.* 1) via. aditus. 2) اَلسَّبِيلُ إِلَى شَيْءٍ. modus acquirendi rem. مَا إِلَى ذَلِكَ سَبِيلٌ. non est ad hanc rem aditus. haec res fieri nequit. 3) عَلَى سَبِيلِ. modo. ratione. *ccg.* عَلَى سَبِيلِ اَلاِعْتِذَارِ. modo excusandi. excusationis causa.

سِتَّةٌ. *fem.* سِتٌّ. sex. *est vocabulum contractum, quod usurpatur pro* سِدْسٌ *et* سِدْسَةٌ, *unde orta sunt nomina de-*

rivata سَادِس, *sextus*; سُدْس, *sexta pars*, *et alia*. *Kam.*

سِتُّون, sexaginta. سِتُّمَايَة, sexcenti.

سِتّ, domina. *est vocabulum contractum, quod usurpatur pro* سَيِّدَة. *Kam.*

سَتَرَ. *fut. O.* 1) texit. velavit *rem. ccar.* 2) protexit *rem. ccar.* VIII. 1) velavit se; *puella.* 2) abdidit se.

سِتْر. *pl.* سُتُور. أَسْتَار. 1) velum. aulaeum. 2) tegumentum.

سِتَارَة. velum. aulaeum. tentorium.

سَاتِر. *fem.* ة. *ag.* velans. obtegens.

سَجَدَ. *fut. O.* procubuit supplex. adoravit *aliquem.* cc لِ.

سُجُود. *act. et* سَجْدَة. adoratio. prosternere se.

سَاجِد. *ag.* adorans. prostratus.

مَسْجِد. locus adorandi. templum.

سَجَلَ. projecit. demisit *rem. ccar.* II. syngrapham scripsit. *pag.* 120.

سِجِلّ. 1) syngrapha. protocollum. 2) sententia judicis scripta. *Meninski.*

سَجَنَ. *fut. O.* in carcerem conjecit *aliquem. ccap.*

سَحَبَ. *fut. A.* humi traxit *aliquid. ccar.*

سَحَابَة. *pl.* سَحَاب. nubes. *etiam* سَحَاب *pro singulari usurpatur.*

سَحَرَ. *fut. A.* 1) fascinavit. incantavit. 2) سَحَرَ. *fut. A.* mane venit. *Kam.* IV. mane ivit. mane fuit.

سِحْرٌ. fascinatio. *pag.* 145.

مَسْحُورٌ. *pp.* fascinatione captus. *pag.* 145.

سَحَرٌ. tempus antelucanum. سُحَيْرٌ. *dem.* tempus paene antelucanum. سُحَيْرًا. *adv.* aliquantum mane. *pag.* 159.

سَحَقَ. *fut. A.* 1) contrivit *rem. ccar.* 2) سَحُقَ. *fut. O.* procul fuit.

مَسْحُوقٌ. *pp.* contritus.

إِسْحَقُ. *vel* إِسْحَاقُ. Ishak. *nomen viri. Isaak.* أَبُو إِسْحَقَ. Abu ishak. *cognomen viri.*

سَحَلَ. *fut. A.* rasit. dolavit *rem. ccar.*

سَاحِلٌ. *pl.* سَوَاحِلُ. littus maris.

سَحَمَ. II. nigrum reddidit *aliquid. ccar. Gol.* IV. imbrem effudit *coelum.*

أَسْحَمُ. *fem.* سَحْمَاءُ. niger. *pag.* 93.

اِسْحَنْكَكَ. *quadril.* III. tenebrosa fuit *nox.*

مُسْحَنْكِكٌ. *fem.* ة. *ag.* III. tenebrosus. *pag.* 60.

سَخَا. *ult. Waw. fut. A.* munificus fuit. II. munificum reddidit *aliquem. coap. pag.* 53.

سَخِيٌّ. munificus. liberalis.

سَدَّ. *fut. O.* obstruxit. occlusit *viam ccar.* VIII. obstructa fuit *via.*

سَدِرَ. *fut. A.* obstupuit. vertigine correptus est.

سِدْرٌ. Sidr. *nomen arboris; species loti.*

سَدِيرٌ. Sedîr. *nomen arcis ab Ennooman el awar, rege Hirensi, exstructae. pag.* 61.

سَدَسَ. *fut. O.* sextam partem cepit bonorum *alicujus. ccap.*

سَادِسٌ. *fem.* ة. sextus. *vide* سِتَّةٌ.

اَلسَّادِسُ عَشَرَ. *masc.* decimus sextus.

سَرَّ. *fut. O.* 1) exhilaravit *aliquem. ccap. In pass.* سُرَّ. laetatus est *de re. ccبr.* 2) *In pass.* سُرَّ ٱلصَّبِيُّ. resecta est puero pars umbilico nexa. IV. 1) celavit *rem. ccar.* 2) clam aperuit *aliquid alicui. ccar et* إِلَى *p.*

سُرُورٌ. *act. et* مَسَرَّةٌ. *act.* laetitia.

سِرٌّ. 1) arcanum. res occulta. سِرًّا. *adv.* clam. 2) sensus. significatio *dictorum. pag.* 49. *lin.* 17.

سُرَّةٌ. umbilicus.

سَرِيرٌ. 1) lectus. lectica. 2) solium.

سُرَّ مَنْ رَأَى. Surrmenraa. *i. e. laetatur qui videt. nomen urbis in Iraca sitae. scribitur quoque* سَرَّ مَنْ رَأَى.

سَرْبَخٌ. terra ampla. terra vasta. *pag.* 137. *Kam.*

سَرَجَ. *fut. A.* nituit. II. 1) decoravit *aliquid. ccar.* 2) plexuit *comam. ccar.* 3) ephippio instruxit *equum. ccap.* IV. ephippio instruxit *equum. ccap.*

سِرَاجٌ. 1) lucerna. lampas. 2) اَلسِّرَاجُ. Essirâdsch. *vel*

سِرَاجٌ. Sirâdsch. *nomen viri.* سِرَاجُ ٱلدِّينِ. Sirâdsch eddîn; *i. e. lucerna religionis. cognomen viri.*

سَرْجٌ. *pl.* سُرُوجٌ. ephippium.

مُسَرَّجٌ. *fem.* ة. *pp.* II. *et* مُسْرَجٌ. *fem.* ة. *pp.* IV. ephippio instructus.

سَرَحَ. *fut. A.* 1) incessit *pastum.* 2) prorupit. effusus est.
3) سَرُحَ. *fut. A.* leniter egit. leniter incessit. *Kam.*

سِرْحَانٌ. 1) lupus. 2) leo.

سَرَدَ. *fut. O.* contexuit *loricam. ccar.*

سَرْدٌ. 1) nexus annulorum loricae. 2) series. continuum.

سِرْدَابٌ. *pers.* frigidarium sub terra. cella nivaria. *compositum ex vocabulis persicis* سَرْد *frigidus, et* آب *aqua.*

سَرُعَ. *fut. O.* festinavit. III. properavit *ad aliquem. cc* إِلَى *p. pag.* 55. IV. festinavit *in re. cc* فِي *r.*

سَرِيعٌ. *compar.* أَسْرَعُ. properans. velox.

مُسْرِعٌ. *ag.* IV. properans.

سَرَقَ. *fut. I.* furatus est *aliquid alicui. ccar et* مِن *p vel* لِ *p.*

سَرَى. *fut. I.* noctu iter fecit.

سَرِيَّةٌ. *pl.* سَرَايَا. cohors. turma.

أَبْنُ سَرَايَا. Ebn serâja. *nomen viri. pag.* 157.

سَطَحَ. *fut. A.* expandit *rem. ccar. Kam.*

سَطْحٌ. 1) planicies. 2) tectum domus. 3) suprema pars rei.

سَطَعَ. *fut. A.* ascendit. elatus est.

سَاطِعٌ. *ag.* ascendens.

سَطْلٌ. vir longus.

أُسْطُولٌ. naves. classis. *pag.* 121. *est vocabulum graecum* στολή *vel* στόλος, *classis. Silvestre de Sacy. Hamaker Takyoddini ahmedis al makrizii narratio. pag.* 9.

سَخِطَ. *fut. O.* insultavit *alicui.* cc على *p.*

سَعِدَ. *fut. A.* felix fuit *homo.* III. adjuvit *aliquem ad aliquid faciendum.* *ccap et* على *r.* IV. 1) felicem reddidit *aliquem. ccap.* 2) adjuvit *aliquem. ccap.*

سَعْدٌ. 1) felicitas. 2) Saad. *nomen viri.* 3) Saad. *nomen tribus arabicae.* 4) سَعْدُ ٱلدِّينِ. Saad eddîn; *i. e. felicitas religionis. cognomen viri.*

سَعِيدٌ. *comp.* أَسْعَدُ. 1) felix. 2) سَعِيدٌ. Saîd. *nomen viri.* 3) أَبُو سَعِيدٍ. Abu saîd. *cognomen viri.*

سَعَادَةٌ. felicitas. سُعَادُ. Soâd. *nomen mulieris. Kam.*

سَاعِدٌ. *pl.* سَوَاعِدُ. 1) brachium. 2) سَوَاعِدُ. meatus quibus medulla per ossa fertur. *Kam.*

سَاعِدَةٌ. 1) leo. 2) سَاعِدَةٌ. Saëda. *nomen viri. Kam.*

سَاعِدِيٌّ. Saëdita. *gent.*

مَسْعُودٌ. 1) *pp.* fortunatus. 2) Mesûd. *nomen viri.*

مَسْعُودِيٌّ. Mesudicus. Mesudita. *gent.* أَلْمَسْعُودِيُّ. El mesûdi. *nomen viri. pag.* 105.

مُسَاعِدٌ. *fem.* ة. *ag. III.* adjuvans. adjutor.

مُسَاعَدَةٌ. *act. III.* opitulatio. favor.

إِسْعَادٌ. *act. IV.* opitulatio. adjumentum.

سَعَرَ. *fut. A.* 1) excitavit *ignem. bellum. ccar.* 2) incitavit *camelos. ccar. Kam.* II. pretium constituit *annonae.*

سِعْرٌ. pretium constitutum; *annonae aliisve rebus.*

سَعِيرٌ. flamma. ignis.

سَعَى. *fut. A.* 1) cucurrit. 2) operatus est. 3) attulit *rem.* *cq* ب *r.*

سَعَةٌ. 1) amplitudo. 2) commoditas. *vide* وَسِعَ.

سَفَحَ. *fut. A.* effudit *sanguinem. ccar.*

سَفِيحٌ. 1) vestis pinguior. *Kam.* 2) sagitta aleatoria octava. 3) Sefîch. *nomen viri. pag.* 102.

سَفَرَ. *fut. I.* 1) illuxit *dies.* 2) retexit vultum *mulier.* 3) profectus est. *Har.* 431. III. iter fecit. profectus est.

سَفَرٌ. سَفْرَةٌ. iter. expeditio.

سُفْرَةٌ. 1) viaticum. commeatus. *Kam.* 2) corium orbiculatum. mensa pransoria. 3) mappa. tegimen. gausape. *germ. Tischtuch. pag.* 2.

سَفُطَ. *fut. O.* liberalis fuit. *Kam.*

سَفَطٌ. *pl.* أَسْفَاطٌ. arca. canistrum. *pag.* 6.

سَفَكَ. *fut. I.* effudit *sanguinem. ccar.*

سَفَنَ. *fut. I.* rasit. verrit *rem. ccar.*

سَفِينَةٌ, navis.

سَفِهَ. *fut. A.* insipiens fuit. سَفَهٌ, *act.* insipientia.

سَفَى. *fut. I.* abripuit *pulverem ventus. ccar.*

سَافٍ. *pl.* سَوَافٍ. *ag.* abripiens. rapidus. *ventus.*

سُفْيَانُ. *et* سِفْيَنُ. Sofjân. *nomen viri. pag.* 35.

سَقْرٌ. ardor solis. *Kam.*

سَقَرُ. *Kam.* gehenna: mansio damnatorum. *pag.* 48.

سَقَطَ. *fut. O.* lapsus est. cecidit.

سَقِمَ. *fut. A.* aegrotavit. سَقَامٌ. aegrotatio. languor.

سَقَى. *fut. I.* bibendum dedit *alicui aliquid. ccga. In pass.* سُقِيَ. potum accepit. IV. bibendum dedit *alicui aliquid. ccga.* X. bibendum flagitavit *aliquid. ccar.*

سَاقٍ. *ag.* سَاقِيَةٌ. *fem.* pocillator.

سِقَآءٌ. uter *lactis vel aquae.*

سَكَّ. *fut. O.* 1) constrinxit *rem. ccar. Kam.* 2) occlusit ferro *portam.*

سِكَّةٌ. *pl.* سِكَكٌ. 1) series *arborum.* 2) platea. 3) typus monetalis.

سَكَتَ. *fut. O.* siluit.

سُكُوتٌ. *act.* silentium. سَاكِتٌ. *ag.* silens.

سَكِرَ. *fut. A.* ebrius fuit. سُكْرٌ. *act.* ebrietas.

سُكَّرٌ. saccharum. *pers.* شَكَرْ. *Kam.* قَصَبُ ٱلسُّكَّرِ. arundo sacchari. *pag.* 176.

أَسْكَرْ. Esker. *nomen vici in Aegypto siti. pag.* 122. *lin.* 15. *Sacy Abdollatif. pag.* 603.

سَكَنَ. *fut. O.* 1) quievit. 2) sedata est *res.* 3) habitavit *domum. ccar.* 4) سَكُنَ. *fut. O. Kam.* سَكِنَ. miser fuit. II. 1) sedavit. quietum reddidit *aliquem. ccap.* 2) habitare fecit. collocavit *aliquid. ccar.*

سَكَنٌ. 1) quies. habitatio. 2) amicus. familiaris. *Har.* 302. 497.

مَسْكَنٌ. domicilium.

مِسْكِينٌ. *pl.* مَسَاكِينُ. miser. pauper. abjectus.

سَلْ. pete! interroga! *est imperativus formae primae verbi* سَأَلَ.

سَلَّ. *fut. O.* 1) eduxit *rem ex re. ccar et* مِن. 2) evaginavit *gladium. ccar.* 3) *in passiv.* سُلَّ. tabe laboravit. V. clanculum ivit *ad aliquem. cc* إِلى *p. pag.* 1 ٥.

سُلّ. tabes. phthisis. *pag.* 48.

سَلْسَلَ. *quadril.* effudit *aquam. ccar. Gol.*

سَلْسَلٌ. aqua dulcis.

سَلَبَ. *fut. O.* rapuit *alicui aliquid. ccga.*

سَلَبٌ. *pl.* أَسْلَابٌ. praeda.

سَلَّحَ. II. induit *arma alicui. ccga.*

سِلَاحٌ. *coll. utr.* arma.

سَلَخَ. *fut. A. et O.* 1) exuit. detraxit *rem. ccar.* 2) exegit. transegit *mensem. ccar.*

سَلْخٌ. finis mensis.

سَلُطَ. *fut. A.* fortis fuit. vehemens fuit.

سُلْطَانٌ. 1) *act. fem.* potestas. 2) princeps.

سَلَفَ. *fut. O.* praecessit. antecessit.

سُلَافٌ. 1) succus primus; *qui ex uvis fluit ante pressionem.* 2) vinum.

سَلَكَ. *fut. O.* ambulavit. incessit *via. cca viae.*

سَلِمَ. *fut. A.* incolumis fuit. salvus evasit. II. 1) incolumem praestitit. servavit *aliquem. ccap.* 2) tradidit *alicui aliquid. cc* إِلى *p et car.* 3) concessit de victoria. submisit se *alicui. cc* على *p.* 4) salutavit *aliquem. cc* على *p.* 5) سَلَّمَ عَلَيْهِ بِالْخِلَافَةِ. gratulatus est ei chalifatum. salutavit eum chalifam. IV. 1) dedidit se. submisit se. 2) commisit *rem*

suam Deo. ccar et الى *p.* 3) moslemus factus est. X. submisit se. dedidit se.

سِلْم. incolumitas. pax. *pag.* 151.

سَالِم. *fem.* ة. *ag.* 1) incolumis. integer. 2) salvus. immunis *a re.* *cc* من *r.* 3) سَالِم. Salem. *nomen viri.*

سَلَام. *et* سَلْم. 1) incolumitas. salus. 2) pax. 3) salutatio. اَلسَّلَامُ عَلَيْهِ. *vel* عَلَيْهِ اَلسَّلَامُ. pax sit ei! salutatus sit! *est formula salutandi; et formula valedicendi.* 4) سَلَام. Selâm. *nomen viri. Kam.*

سَلَامَة. incolumitas. salus.

مُسْلِم. *ag. IV.* 1) moslemus. pius. 2) Moslem. *nomen viri. Kam.*

إِسْلَام. *act. IV.* 1) pietas erga Deum. *pag.* 131. 2) Islam. religio moslemorum.

سَلْمَى. 1) Selma. *nomen viri. Kam.* 2) Selma. *nomen feminae. Kam.*

أَسْلَم. 1) Eslem. *nomen viri. Kam.* 2) Eslem. *nomen tribus arabicae.*

أَسْلَمِي. Eslemita. *gent. pag.* 132. *Kam.*

سُلَيْمَان. *et* سُلَيْمَن. Soleimân. *nomen viri. Salomoh.*

سَلَا. *fut. O.* 1) oblitus est *rei. cc* عن *r.* 2) levatus est *moerore. cc* عن *r.*

سُلُو. *act.* 1) oblivisci rei. *cc* عن *r.* 2) tranquillum fieri. levari anxietate *oblita re. cc* عن *r. pag.* 149.

سَمَحَ. *fut. O.* liberalis fuit. beneficus fuit. III. leniter egit *cum aliquo. ccap.*

مُسَامَحَة. *act. III.* indulgentia. lenitas.

سَمَرَ. *fut. O.* 1) fuscus fuit. 2) سَمَرَ. *fut. O.* vigilavit. noctu confabulatus est. 3) *fut. O. et I.* fixit. clavis affixit *rem. ccar.* II. clavis affixit *rem. ccar.* III. noctu confabulatus est *cum aliquo, ccap.* V. clavis affixus est. *pag.* 66.

أَسْمَرُ. *fem.* سَمْرَآءُ. *pl.* سُمْرٌ. 1) fuscus. 2) أَسْمَرُ. *pl.* سُمْرٌ. hasta fusca. hasta.

مُسَامِرٌ. *ag.* III. vigilans. noctu confabulans.

مُسَمَّرٌ. *pp.* II. clavis affixus.

تَسْمِيرٌ. *act. II.* 1) affigere. 2) cruci figere. *pag.* 63.

مِسْمَارٌ. *pl.* مَسَامِيرُ. clavus.

سُمَارِيَّةٌ. navicula. *pag.* 26. *Pers.* سُمَارِي. *Men.*

سَمَرْقَنْدُ. Samarkand. *urbs in Transoxania sita.*

سَمَرْقَنْدِيٌّ. Samarkandensis. *gent.*

سَمِعَ. *fut. A.* 1) audivit *aliquid. ccar vel* ب*r.* 2) audivit praeceptorem *aliquem.* interfuit scholis *alicujus. ccap vel* من*p.* VIII. auscultavit *alicui. cc*ل*p vel c*الى*p.*

سَمْعٌ. 1) *act.* auditus. سَمْعًا وَطَاعَةً. audiendo et obtemperando. simul ut auditum est, obtemperabitur. *formul. obtemperationem significandi.* 2) auris.

سَمَاعٌ. *act.* auditio.

سَامِعٌ. *ag.* audiens. auditor. سَمِيعٌ. 1) audiens. 2) exaudiens.

أَسْتِمَاعٌ. *act. VIII.* auscultatio.

سَمِنَ. *fut. A.* pinguis fuit.

سَمْنٌ. butyrum.

سَمَا. *fut. O.* 1) eminuit. alta fuit *res.* 2) conspicua facta est *res.* II. nuncupavit. appellavit *rem nomine. ccga. vel ccap et* ب *nom. In passiv.* سُمِّيَ زَيْدًا *vel* سُمِّيَ بِزَيْدٍ. appellatus est Seid.

سَمَآءٌ. *utr. pl.* سَمَاوَاتٌ. سَمَوَاتٌ. coelum.

اِسْمٌ. *pro* سِمْوٌ. *pl.* أَسْمَآءٌ. nomen. بِسْمِ. *pro* بِٱسْمِ. nomine.

سُمَيَّةُ. Sumejja. *nomen feminae. Kam.*

سَنَّ. *fut. O.* 1) formavit *rem. ccar.* 2) acuit *ensem. ccar.* 3) effudit *aquam. ccar. Kam.* IV. 1) dentit *animal.* 2) annosus fuit. *pag.* 132.

سِنٌّ. *fem.* 1) dens. 2) aetas *hominis. pag.* 63.

سِنَانٌ. *pl.* أَسِنَّةٌ. cuspis hastae. *pag.* 43. سُنَّةٌ. mos receptus. regula.

سُنْبُكٌ. *pl.* سَنَابِكُ. anterior pars ungulae equinae.

سِنْجَابٌ. *pers.* 1) sciurus. mus ponticus. 2) pellis sciuri. pellis murina. *pag.* 173.

سَنَحَ. *fut. A.* 1) dextrum latus obvertit *fera venatori. cc* ل *p.* 2) accessit *fera. Har. pag.* 124.

سَنَدَ. *fut. O.* 1) innixus fuit *rei. cc* إلى *r.* 2) conscendit *montem. cc* إلى *vel c* في *r. Kam.*

سَنَدٌ. latus montis. acclivitas montis.

اَلسِّنْدُ. Sindia. *regio Indis contermina. pag.* 98.

سِنْدَادٌ. *Kam.* 1) Sindâd. *nomen fluvii.* 2) Sindâd. *nomen arcis. pag.* 61.

سَنِمَ. *fut. A.* alta fuit *res. Gol.* II. 1) altam fecit. exaggeravit *rem. ccar.* 2) replevit *vas. ccar. Kam.*

مُسْنَمٌ. pp. II. 1) exaggeratus. pag. 54. 2) repletus.

سَنَا. fut. O. splenduit.

سَنًا. splendor fulguris. سَنَآءٌ. excelsitas.

سَانَهَ. III. in annum conduxit aliquem. ccap.

سَنَةٌ. pro سَنْهَةٌ. pl. سَنَهَاتٌ. سَنَوَاتٌ. سِنُونَ. annus.

سَآءَ. med. Waw. fut. يَسُوءُ. 1) malus fuit. 2) male fecit alicui. ccap. Kam.

سَوْءٌ. act. 1) vitium. 2) vexatio. سَوْءَةٌ. membrum pudendum.

سُوءٌ. 1) malum. calamitas. 2) malitia.

سَيِّءٌ. fem. ة. malus.

سَيِّئَةٌ. vel سَيِّـَٔةٌ. pl. سَيِّئَاتٌ. crimen. peccatum. pag. 148.

سَاحَةٌ. pl. سَاحٌ. سُوحٌ. سَاحَاتٌ. cavaedium. impluvium. pag. 24.

سَادَ. med. Waw. fut. O. praefuit genti. ccap. IX. niger fuit.

سَيِّدٌ. pl. سَادَةٌ. سَادَاتٌ. princeps. dominus.

سَيِّدَةٌ. domina. سُودَدٌ. principatus.

أَسْوَدُ. fem. سَوْدَآءُ. pl. سُودٌ. 1) niger. 2) ٱلْأَسْوَدُ. vestes nigrae. pag. 27. 3) ٱلْأَسْوَدُ. El eswed. nomen viri. Kam.

سُودَانٌ. Nigritae. Aethiopes. سَوَادٌ. nigredo. obscuritas.

سَارَ. med. Waw. fut. O. 1) ascendit in murum. ccar. 2) assiluit ad aliquem. cc إِلَى p. II. armillis ornavit aliquem. ccap.

سُورَةٌ. 1) mansio. statio. 2) series. linea. 3) sura. caput Corani.

سِوَارٌ. armilla. مِسْوَرَةٌ. pulvinar ex corio factum.

سَاطَ. *med. Waw. fut. O.* flagellavit *aliquem. ccap.*

سَوْطٌ. flagellum.

سَاعَ. *med. Waw. fut. O.* oberravit. pavit sine pastore *camelus.*

سَاعَةٌ. 1) momentum. اَلسَّاعَةَ. hoc momento. nunc. jam. فِي سَاعَةِ ٱلْحَالِ. statim. illico. 2) hora. سَاعَةً. tempore quo. quum. سَاعَةَ اِنْزَالِهِ. tempore quo demittebatur. *pag.* 64. سَاعَةً. aliquod tempus. per paullulum temporis.

سَافَ. *med. Waw. fut. O.* 1) odoratu exploravit *rem. ccar.* 2) periit *res.* II. procrastinavit *rem. ccar.*

سَوْفٌ. *act.* 1) odoratus. 2) اَلصَّبْرُ. patientia? *Kam.*

سَوْفَ. posthac. *est particula tempus futurum indicans, quae praefigitur futuro indicativo et futuro paragogico; ut in* سَوْفَ تَفْعَلُ, facies. *Vide Sacy gramm.* p. 1. 848.

سَاقَ. *med. Waw. fut. O.* 1) propulit. abegit *aliquem. ccap.* 2) سَاقَ كَلَامًا. habuit sermonem. continuavit orationem.

سَوَّاقٌ. abactor. 2) اَلسَّوَّاقُ. Essewwâk. *cognomen viri.*

سَاقٌ. tibia. crus. سَوَّاقٌ. longis tibiis praeditus.

سُوقٌ. *pl.* أَسْوَاقٌ. forum.

سَوْسَنٌ. *unit.* سَوْسَنَةٌ. lilium. *hebr.* שׁוּשַׁן.

سَوِيَ. *ult. Waw. fut. A. Kam.* 1) par fuit *alteri. ccap.* 2) aestimatur *tribus denariis. ccar.* III. 1) par fuit *alteri. ccap.* 2) aestimatur *tribus denariis. ccar. pag.* 30. VIII. firmiter insedit *equo. cc* عَلَى *r.*

سَوَآءٌ. 1) aequalis. idem. 2) alius. diversus. *Kam.*

سِيٌّ. aequalis. similis. لَا سِيَّمَا. nullus similis. i. e. maxime. praesertim. assumit genitivum nominis, vel nominativum. لَا سِيَّمَا زَيْدٍ. et لَا سِيَّمَا زَيْدٌ. praesertim Seidus. assumit quoque particulas cum verbis conjunctas, ut وَقَدْ. Har. 152.

سِوًى. alius. diversus. سِوَى. praeter. assumit genitivum. سِوَى ٱلْخُبْزِ. praeter panem.

سَهِرَ. fut. A. vigilavit. insomnis fuit.

سَاهِرٌ. ag. pervigil. سَهَرٌ. act. insomnia.

سَهُلَ. fut. O. 1) facilis fuit res. 2) aequalis fuit terra.

سَهْلٌ. 1) facilis indole. 2) levis. mollis. 3) commodus. سَهْلًا. commode valeas! bene veneris! cc ب p. vocabulum salutandi. 4) سَهْلٌ. Sahl. nomen viri.

سَهِلٌ. comp. أَسْهَلُ. 1) facilis. 2) gratus. acceptus.

سَهَمَ. fut. A. macilentus fuit.

سَهْمٌ. pl. سِهَامٌ. sagitta.

سَهَا. fut. O. 1) alucinatus est in re. cc فِي r. 2) neglexit rem. cc فِي r.

سَهْوٌ. act. 1) alucinatio. 2) neglectio.

سَابَ. med. Ja. fut. I. 1) cucurrit. 2) libere incessit.

سَايِبٌ. ag. 1) currens. 2) libere incedens. أَبُو ٱلسَّايِبِ. Abu ssaïb. nomen viri.

سَاحَ. med. Ja. fut. I. 1) cucurrit. 2) peregrinatus est religionis ergo.

مَسَاحَةٌ. pl. مَسَايِحُ. curriculum. Sacy gram. 1. 703. Har. 13.

سَارَ. *med. Ja. fut. I.* 1) incessit. 2) duxit *aliquem. cc* ب *p.* 3) discessit. profectus est. II. ire fecit *aliquem. ccap.* III. profectus est *una cum alio. ccap.*

سَيْرٌ. *act. et* مَسِيرٌ. *act.* 1) incessus. 2) profectio. iter.

سِيرَةٌ. 1) incessus. 2) mores. vitae modus. 3) vita. res gestae.

سَائِرٌ. *ag.* 1) incedens. 2) iter faciens.

سِيرِين. Sirîn. *nomen feminae. pag.* 130. *Kam. pag.* 1777.

سَافَ. *med. Ja. fut. I.* 1) fissa fuit *manus. Kam.* 2) gladio feriit *aliquem. ccap.*

سَيْفٌ. *pl.* سُيُوفٌ. أَسْيَافٌ. gladius.

سَالَ. *med. Ja. fut. I.* fluxit *aqua.* IV. fluere fecit *aliquid. ccar.*

سِيمَجُور. Simedschûr. *nomen viri. pag.* 111. *pers. Men.*

ش

شَئِسَ. *fut.* يَشْأَسُ. durus fuit. asper fuit. *Kam.*

شَأْسٌ. 1) durus. asper. 2) terra dura. terra alta. 3) شَأْسٌ. Schaas. *nomen viri. pag.* 84. *Kam. Freytag Hamasa. pag.* 139.

شَأَمَ. *fut. A.* 1) sinister fuit *alicui. ccap.* 2) infaustus fuit *alicui. ccap.*

شُؤْمٌ. *act.* infelicitas. وَجْهُ ٱلشُّؤْمِ. vultus infaustus. *convitium. pag.* 107.

ٱلشَّأْمُ. *et* ٱلشَّامُ. 1) Syria. 2) Damascus.

شَأَنَ. *fut. A.* curavit *rem suam. ccar.*

شَأْنٌ. 1) negotium. 2) conditio. status. 3) existimatio.

شَبَّ. 1) *fut. I.* adolevit *puer.* 2) *fut. O.* exarsit *ignis.* 3) *fut. O.* accendit *ignem. ccar.* II. laudibus celebravit *amicam venustam. cc* ب *p.*

شَبَابٌ. *et* شَبِيبَةٌ. adolescentia.

شَابٌّ. *ag. pl.* شُبَّانٌ. adolescens. شَابَّةٌ. puella.

شُبَّةُ. Schebba. *nomen viri. Kam.*

شَبَرَ. *fut. I.* spithamis dimensus est *rem. ccar.*

شِبْرٌ. *pl.* أَشْبَارٌ. spithama.

شَبَكَ. *fut. I. Kam.* شَبَّكَ. implexit. perplexam reddidit *rem. ccar.* II. reticulatam fecit. clathratam fecit *rem. ccar.*

مُشَبَّكٌ. *fem.* ةٌ. *pp.* II. reticulatus. clathratus. *pag.* 118.

شَبَكَةٌ. *pl.* شِبَاكٌ. rete.

شَبِلَ. crevit. adolevit bonis affluens.

شِبْلٌ. *pl.* أَشْبَالٌ. catulus leonis.

أَلشِّبْلِيُّ. Eschibli. *nomen viri. Kam.*

شَبَّهَ. II. assimilavit. comparavit *aliquid cum aliquo. ccga vel cca et* بِ. IV. similis fuit *alicui. ccap.*

شِبْهٌ. *pl.* أَشْبَاهٌ. similis *alicui. ccgp. Sacy gram.* 2. 725.

تَشْبِيهٌ. *act. II.* comparatio *rei cum alia.*

شَبَهٌ. aes cyprium. *persice quoque:* corallium adulterinum. *Men.*

شَتَّ. *fut. I.* dispersa fuit *res.* V. dispersa fuit *res.*

شَتَاتٌ. *act.* dispersio. *pag.* 106.

شَتِرَ. *fut. A.* inversas palpebras habuit *vir.*

أَشْتَرُ. 1) inversas palpebras habens. 2) الأَشْتَرُ. El eschter. *cognomen viri. pag.* 98. *Kam.*

أُشْتُرّ. Uschturr. *cognomen viri. Kam.*

شَتَمَ. *fut. O. et I. Kam.* conviciatus est *alicui. ccap.*

شَتَا. *fut. O.* hibernavit *aliquo loco.* cc ب *l. Kam.*

شَاتٍ. *ag.* hibernans. شِتَآءٌ. hiems.

شَجَرَ. avertit *aliquem a re. ccap et* عن *r.*

شَجَرٌ. *coll. pl.* أَشْجَارٌ. *unit.* شَجَرَةٌ. arbor.

شَجَرَةُ ٱلدُّرِّ. Schedscheret eddurr; *i. e.* arbor margaritarum, arbor gemmifera. *nomen feminae. pag.* 24.

شَجُعَ. *fut. O.* strenuus fuit. II. strenuum reddidit *aliquem. ccap.*

شُجَاعٌ. *et* شِجَاعٌ. *pl.* شُجْعَانٌ. *et* شِجْعَانٌ. strenuus. *Kam.*

شَجِيعٌ. *comp.* أَشْجَعُ. strenuus. شَجَاعَةٌ. strenuitas.

شَجَنَ. *fut. O.* tristis fuit. شَجَنٌ. *act. pl.* أَشْجَانٌ. tristitia. moeror.

شَجَا. *fut. O.* afflixit *aliquem. ccap.* 2) شَجِيَ. *fut. A.* anxius fuit.

شَجْوٌ. *act.* moeror. desiderium.

شَجًا. *Kam. et* شَجِيٌ. *Har.* 29. *et* شَجَآءٌ. anxietas.

شَحُمَ. *fut. O.* pinguis fuit. شَحْمٌ. adeps.

شَخُتَ. *fut. O.* gracilis fuit. شَخْتٌ. *fem.* ة. gracilis. *pag.* 145.

شَخَصَ. *fut. A.* 1) surrexit. 2) erexit. aperuit *oculos. ccar.* 3) apertis oculis fixit *visum. ccar. Kam.* 4) profectus est *in regionem.* cc الى *l.* II. erexit. aperuit *oculos. ccar.*

شَخْصٌ. 1) figura hominis. 2) persona. aliquis.

شَاخِصٌ. *fem.* ة. *ag.* figens visum.

شَدَّ. 1) *fut. O.* cucurrit. 2) *fut. O. et I.* ligavit. constrinxit *aliquid. ccar.* VIII. vehemens fuit. dura fuit *res.*

اِشْتَدَّ بِهِ ٱلْأَمْرُ. dura ei fuit res. graviter afflictus est.

شَدِيدٌ. *fem.* ة. *comp.* أَشَدُّ. 1) vehemens. 2) acerbus. 3) fortis.

شَدِيدَةٌ. *pl.* شَدَائِدُ. calamitas.

شِدَّةٌ. 1) vehementia. robur. 2) calamitas.

مَشْدُودٌ. *pp.* ligatus. constrictus. شَدَّادُ. Scheddâd. *nomen viri.*

شَذَا. *fut. O.* 1) nocuit. 2) oluit moschum.

شَذًا. acrimonia odoris. fragrantia. *Kam.*

شَرَّ. *fut. O. et I.* malus fuit. malum fecit.

شَرٌّ. 1) malum. 2) malignitas. 3) شَرٌّ. et شِرِّيرٌ. *pl.* أَشْرَارٌ. malus. improbus.

شَرِبَ. *fut. A.* bibit *aliquid. ccar.* IV. funes imposuit *collo equi. cca equi. Kam.*

شُرْبٌ. *act.* potio. شِرْبٌ. potio. شَرْبَةٌ. *unit.* potatio. portio quae una vice bibitur.

شَرَابٌ. 1) potus. 2) vinum. مَشْرَبٌ. *pl.* مَشَارِبُ. potus.

مِشْرَبٌ. *pl.* مَشَارِبُ. vas potorium.

شَرَابَةٌ. *pl.* شَرَارِيبُ. funis. *pag.* 3.

شَارِبٌ. *ag.* bibens. 2) *pl.* ٱلشَّوَارِبُ. mystax. barba in labio superiori. اِبْنُ أَبِي ٱلشَّوَارِبِ. Ebn abi eschewârib. *nomen viri.*

شَرَحَ. *fut. A.* 1) dilatavit *rem. ccar.* 2) explicuit. exposuit *rem. ccar.* VII. laetatus est.

شَرْحٌ. *act.* explicatio. descriptio. اِنْشِرَاحٌ. *act.* VII. laetitia.

شُرَيْحٌ. Schoreich. *nomen viri. Kam.*

شِرْذِمَةٌ. coetus. manipulus. *pag.* 74.

شَرَطَ. *fut. O. et I.* stipulatus est *aliquid ab aliquo. ccar et* على *p.* IV. signavit *rem. ccar.*

شَرْطٌ. *pl.* شُرُوطٌ. stipulatio. conditio. شَرَطٌ. *pl.* أَشْرَاطٌ. signum.

شُرْطَةٌ. *pl.* شُرَطٌ. milites antesignani. *certis signis distincti. Kam.*

شُرْطِيٌّ. *et* شُرَطِيٌّ. *Kam.* 1) miles antesignanus. 2) satelles praefecti. *pag.* 126.

أَلشُّرُوطِيُّ. Eschorûti. *cognomen viri.*

شَرَعَ. *fut. A.* 1) patefecit *viam. ccar.* 2) directa fuit. arrecta fuit *hasta.* II. patefecit *rem. ccar.* IV. 1) patefecit *rem. ccar.* 2) direxit. rectam tenuit *hastam. ccar.*

شَرْعٌ 1) via recta. 2) lex. canon. شَارِعٌ. platea. *pag.* 1.

تَشْرِيعٌ. *pl.* تَشَارِيعُ. 1) patefactio. 2) apertura. *pag.* 76.

شَرُفَ. *fut. O.* excelsus fuit. nobilis fuit. II. nobilitavit *aliquem. ccap.* III. imminuit *rei.* despexit *in rem. ccar vel cc* على *r.* IV. 1) exaltavit *aliquem. ccap.* 2) imminuit *rei.* despexit *in rem. cc* على *r.* 3) prope fuit *ab re. cc* على *r.*

شَرِيفٌ. *fem.* ة. *pl.* شُرَفَاءُ. أَشْرَافٌ. *comp.* أَشْرَفُ. 1) nobilis. generosus. 2) شَرِيفٌ. ab Mohammedis stirpe ortus. Scherîfus.

مُشْرَفٌ. *pp.* IV. exaltatus. eminens. *Kam.*

مُشَرَّفٌ. pp. II. nobilitatus. condecoratus.

شُرْفَةٌ. pl. شُرُفَاتٌ. pinna. acroterium arcis. pag. 61.

شَرَقَ. fut. O. illuxit. ortus est sol. 2) شَرِقَ. fut. A. debili luce fuit. occasui propinquus fuit sol. Kam. 3) شَرِقَ. fut. A. suffocatus est. IV. splenduit. illuxit. pag. 66.

شَرْقٌ. 1) act. ortus solis. 2) plaga orientalis.

شَارِقٌ. ag. sol oriens. pag. 145.

شَرِكَ. fut. A. Kam. socius fuit alicujus in aliqua re. ccap et c فِي r. IV. 1) consortem fecit aliquem in aliqua re. ccap et c فِي r. 2) socios adjunxit Deo. cc بِ dei. i. e. plures deos coluit.

شِرْكٌ. 1) act. consociatio. 2) polytheïsmus. pag. 136.

شَرِيكٌ. pl. شُرَكَآءُ. socius. consors.

شَرَى. fut. I. emit rem. ccar. شِرَآءٌ. emtio.

شَزَرَ. fut. I. limis oculis intuitus est aliquem. ccap.

شَزْرٌ. act. limis oculis intueri.

شَسَعَ. fut. A. procul fuit. شَاسِعٌ. ag. remotus. distans.

شَطَّ. fut. O. et I. procul fuit. شَطٌّ. ripa. ora fluminis.

شَطَأَ. fut. A. 1) subegit aliquem. ccap. 2) in ripa ambulavit.

شَطْءٌ. et شَاطِئٌ. ripa fluminis.

شَطَبَ. secuit aliquid. ccar. II. secuit aliquid. ccar.

مُشَطَّبٌ. pp. II. sulcatus. ensis.

شَطَنَ. fut. O. adversatus est alicui. ccap.

شَيْطَانٌ. pl. شَيَاطِينُ. Satanas. hebr. שָׂטָן.

شَعَدَ. fut. A. 1) apparuit. 2) accessit ad aliquem. cc إِلَى p.

3) divisit separavit *aliquos. ecap.* 4) collegit *aliquos. ecap.* VII. divisus fuit.

شَعْبٌ. 1) tribus major. 2) mons. collis. 3) longinquitas.

شُعْبَى. Schoaba. *nomen loci. pag.* 106. *Kam.*

شَعِثَ. *fut. A.* pulverulento disjectoque capillo fuit.

أَشْعَثُ. *fem.* شَعْثَاءُ. pulverulentum disjectumque capillum habens. 2) شَعْثَاءُ. Schaatha. *nomen feminae. pag.* 137.

شَعَرَ. *fut. O.* 1) scivit *rem. ec* بِ *r.* لَمْ يَشْعُرْ إِلَّا بِالشَّيْءِ. eo inscio subito exstitit res. مَا أَشْعُرُ إِلَّا وَقَدْ. me inscio subito. سَقَطَ فَلَمْ يُشْعَرْ بِهِ. cecidit nemine animum advertente. 2) pandidit carmen. IV. indicavit *alicui aliquid. ecga.*

شِعْرٌ. 1) *act.* scire. scientia. 2) شِعْرٌ. *pl.* أَشْعَارٌ. carmen. poësis.

شَاعِرٌ. *pl.* شُعَرَاءُ. poëta. *compar.* أَشْعَرُ. ingeniosior poëta. felicior poëta. *pag.* 146.

شَعْرٌ. capillus. crines. إِشْعَارٌ. *act. IV.* indicium.

شِعَارٌ. 1) amiculum. 2) signum. tessera militaris.

شَعَلَ. *fut. A.* accendit *ignem. ecar.* VIII. accensus est *ignis. Kam.*

شُعْلَةٌ. *pl.* شُعَلٌ. *Kam.* شُعَلٌ. *Gol.* flamma.

مِشْعَلٌ. *pl.* مَشَاعِلُ. lucerna. taeda.

شَعِنَ. *fut. A.* disjectus fuit *capillus.*

عِيدُ ٱلشَّعَانِينِ. festum palmarum; *quod ante pascha celebrant christiani. pag.* 26. *Kamus scribit* عِيدُ ٱلشَّعَانِينِ.

Ortum esse nomen videtur a vocabulo syriaco ܐܘܫܥܢܐ *et hebraico* הוֹשַׁעְנָה, *Hosianna. Vide Hamaker Expugnatio Memphidis. pag.* 167.

شَغَفَ. *fut. A.* in pericardio laesit *aliquem. ccap.* 2) شَغِفَ. *fut. A.* amavit. deperivit.

شَغَلَ. *fut. A.* occupavit. occupatum reddidit *aliquem aliqua re. ccap et c* بـ *r.* 2) distinuit *aliquem ab re. ccap et c* عن *r.* III. occupatum reddidit *aliquem aliqua re. ccap et c* بـ *r.* VI. 1) occupatus fuit *re. cc* بـ *r.* 2) relaxavit animum *aliqua re. cc* بـ *r.* 3) distinuit animum *ab re. cc* عن *r.* 4) occuparunt se invicem. VIII. occupatus fuit *aliqua re. cc* بـ *r.*

شُغْلٌ. occupatio. negotium.

مَشْغُولٌ. *pp.* occupatus. مَشْغُولُ ٱلْقَلْبِ. occupatus animo. perturbatus animo. sollicitudine affectus.

شَغَمَ. *fut. A.* imminutus fuit. *Kam.*

شَفْرَةٌ. *pl.* شِفَارٌ. culter. scalprum. *pag.* 24.

شَفَعَ. *fut. A.* 1) conjunxit *aliquid cum aliquo. ccar et* بـ *r. Har.* 155. 2) intercessit pro aliquo *apud aliquem. cc* إلى *p.*

شَفَاعَةٌ. intercessio. deprecatio. *pag.* 148.

شَفِيعٌ. 1) deprecator. intercessor. 2) Schefi. *nomen viri. Kam.*

شَافِعٌ. 1) *ag.* deprecator. 2) aries. 3) Schâfi. *nomen viri.*

شَافِعِيٌّ. Schâfiita. *gent.* ٱلْإِمَامُ ٱلشَّافِعِيُّ. Imamus schafiita. *nomen viri.*

شَفِقَ. *fut. A.* condoluit. commiseratus est *aliquem. cc* على *p.*

IV. 1) commiseratus est. benignus fuit *erga aliquem* *cc* على *p.* 2) metuit *aliquid. cc* أَنْ.

شَفَقَةٌ. commiseratio. benignitas. شَفِيقٌ. condolens. benignus.

مُشْفِقٌ. *ag.* IV. benignus *erga aliquem. cc* على *p. pag.* 5.

شَفَهَ. *fut. A.* occupavit. vexavit *aliquem. ccap.* III. affatus est *aliquem.* dixit *alicui aliquid. ccap et c* ب *r.*

شَفَةٌ. *dual.* شَفَتَانِ. *pl.* شِفَاهٌ. labium.

شَفَى. *fut. I.* medicatus est *alicui. ccap.*

شِفَآءٌ. medicatio. *Kam.* شَفَآءٌ. medicamentum. *Kam.*

شَقَّ. *fut. I.* 1) fidit. laceravit *rem. ccar.* 2) شَقَّ عَصَاهُ. fidit ejus baculum, *i. e.* defecit ab eo. *pag.* 106. *Kam.* 3) percurrit *locum. ccal. pag.* 108. *Sacy chrest. p.* 1. *pag.* 80. II. diffidit *rem. ccar.*

مَشَقٌ. fissura. intervallum femorum. *Kam.* مُشَقَّقٌ. *pp.* II. diffissus.

شَقِيقٌ. 1) fissus bifariam. 2) pars altera *rei.* 3) frater germanus. 4) familiaris. amicus.

شَقِيقَةٌ. 1) soror germana. 2) amica. 3) fulgur late se diffundens. *pl.* شَقَائِقُ. 1) fulgura. 2) *sing. et pl.* Anemone. *flos. appellatur quoque* شَقَائِقُ ٱلنُّعْمَانِ, Anemone Noomani. *Kam.*

شَقِيَ. *ult. Waw. fut. A.* miser fuit. infelix fuit.

شَقَآءٌ. *act.* miseria. infelicitas.

شَكَّ. dubitavit *de re. cc* في *r.*

شَكٌّ. dubium. لَا شَكَّ أَنْ. haud est dubium quin.

شَكَرَ. *fut. O.* gratias egit *alicui. ccap vel e* لِ *p.*
شُكْرٌ. *act.* gratiarum actio. شَاكِرٌ. *ag.* gratias agens.

شَكِلَ. *fut. A.* venusto habitu fuit *femina.* III. convenit *alicui.* decuit *aliquem. ccap.*
شِكْلٌ. 1) similis. 2) forma. figura. شَكْلٌ. 1) similis. 2) forma.

شَكَا. *fut. O.* questus est *aliquid ad aliquem. ccar et* إِلَى *p.*
In passiv. شُكِيَ. reus factus est. VIII. questus est.
شَكْوَى. *et* شَكْوَى. *Kam. act.* querela.

شَلَخَ. resecuit. dissecuit *gladio. cc* بِ *instrum. Kam.*

شَمْالٌ. aquilo. *ventus. idem est quod* شَمَالٌ.

شَمَّ. شَمِمْتُ. أَشَمُّ. *et* شَمَمْتُ. أَشُمُّ. olfecit *aliquid. ccar.*
شَمٌّ. *act.* olfactus.

شَمَخَ. altus fuit *mons.* شَامِخٌ. *fem.* ة. *ag.* altus. *pag.* 1.

شَمَسَ. *fut. O. et I.* apricus fuit *dies.* IV. micuit. fulsit.
شَمْسٌ. *pl.* شُمُوسٌ. sol.
شَمْسِيٌّ. solaris. شَمْسِيَّةٌ. tapes. umbella. *pag.* 121.
شَمَّاسٌ. *syr.* ܫܡܫܐ. diaconus. sacerdos christianus.
اَلشَّمَّاسِيَّةُ. Eschammasijje. *nomen loci prope Bagdadum siti. pag.* 108. *Kam.*

شَمِعَ. *fut. A.* lusit. IV. luxit *candela.*
شَمْعٌ. *coll.* شَمْعَةٌ. *unit.* candela. cereus.

شَمِلَ. *fut. A.* communis fuit *res aliquibus. ccap.* 2) شَمَلَ. *fut. O.* refrigeravit. septentrionali vento exposuit *vinum. ccar.* VIII. continuit *rem.* undique comprehendit *rem. cc* على *r.*

شِمَالٌ. 1) sinistra manus. شِمَالًا. sinistram versus. *Kam.* 2) شَمَالٌ. *et* شَمْأَلٌ. *pl.* شَمَائِلُ. aquilo. *ventus.*

شَمْلٌ. societas. coetus. *pag.* 151.

مَشْمُولٌ. *fem.* ةٌ. *pp.* 1) refrigeratus. 2) vinum.

مُشْتَمِلٌ. *ag.* VIII. continens. comprehendens *rem.* *cc* علي *r.*

شَابَ. *med. Waw. fut. O.* 1) miscuit *rem re.* *ccar et c* ب *r.* *Har.* 583. 2) immiscuit se rei.

شَارَ. *med. Waw. fut. O.* 1) eduxit. protraxit *mel.* *ccar.* *Har.* 580. 2) exploravit. exercuit *equum emendum.* *ccar.* *Kam.* III. interrogavit. consuluit *aliquem de re.* *ccap et* في *r.* IV. 1) monstravit *aliquem.* *cc* الى *p.* 2) suasit *alicui aliquid.* *cc* علي *p vel c* الى *p et* ب *r*; *atque cap et* ب *r vel* أَنْ *r.* X. interrogavit. consuluit *aliquem de re.* *ccap et* في *r.* *pag.* 22.

مَشُورَةٌ. consilium. consultatio *de re.* *cc* في *r.*

إِشَارَةٌ. *pl.* إِشَارَاتٌ. *act.* *IV.* 1) indicium. 2) commemoratio.

شَوَّشَ. II. turbavit. conturbavit *aliquid.* *ccar.* *Kamus emendatius scribendum esse dicit* هَوَّشَ. V. conturbatus fuit.

تَشْوِيشٌ. *act.* II. turbare. turbatio.

شَاشِيَةٌ. pileus. *Men.*

شَاقَ. *med. Waw. fut. O.* desiderio affecit *aliquem.* *ccap.* VIII. appetivit. concupivit *aliquid.* *cc* الى *r vel c* أَنْ *r.*

شَوْقٌ. *pl.* أَشْوَاقٌ. desiderium. cupido. amor.

مُشْتَاقٌ. *ag.* VIII. amans. desiderio flagrans.

شَالَ. *med. Waw. fut. O.* elevavit *rem.* *cc* ب *r vel car.*

شَوَّال. *Kam.* 1481. *et* شَوَّال. *Kam.* 1500. Schewwâl. *mensis Arabum moslemorum decimus.*

شَاءَ. *med. Waw. fut. O.* 1) deformis fuit. 2) terruit *aliquem. ccap.*

شَاة. *pro* شَاهَة. 1) *utri* ovis. 2) أَلشَّاة. Eschschât. *nomen viri.*

شَوَى. *fut. I.* assavit *carnem. ccar.*

شِوَاءٌ. assum. caro assa.

شَهِبَ. *fut. O.* cinereo colore fuit. albuit.

أَشْهَبُ. *fem.* شَهْبَاءُ. albescens. colore cinereo.

شِهَابٌ. 1) flamma fulgens. 2) stella lucida. 3) vir fortis.

شِهَابُ ٱلدِّينِ. Schihâb eddîn, i. e. fulgor religionis, *atque decurtatum:* أَلشِّهَابُ. Eschschihâb, i. e. fulgor. *cognomen viri.*

شَهِدَ. *fut. A.* 1) ad fuit *rei. ccar.* 2) testatus est *aliquid. ccب r vel eعلى r vel cum* أَنَّ. III. coram perspexit *rem. ccar.* IV. testari fecit *aliquem aliquid. ccap et* على *r.*

شَاهِدٌ. *fem.* ة. 1) *ag.* testans. 2) شَاهِدٌ. *pl.* شُهُودٌ. شَوَاهِدُ. testis.

شَهِيدٌ. 1) testis. 2) sanctus martyr. qui pro causa Dei mortem patitur. *pag.* 50. 3) qui mortem patitur insons. *pag.* 64.

شَهَادَةٌ. 1) testimonium. 2) martyrium. mortem pati pro causa Dei.

شَهَرَ. *fut. A.* 1) divulgavit *rem. ccar.* 2) strinxit *ensem. ccar.* IV. 1) mensem exegit. 2) celeber factus est. *Gol.* VIII. celeber factus est.

شَهْرٌ. 1) nova luna. 2) شَهْرٌ. *pl.* شُهُورٌ. أَشْهُرٌ. mensis.

مَشْهُورٌ. *pp.* celeber. clarus *aliqua re. c*ب*r.*

شَهَقَ. *fut. A. et I.* atque شَهِقَ. *fut. A.* gemuit.

شَهِيقٌ. *act.* gemitus. شَهْقَةٌ. *unit.* gemitus. suspirium.

شَهُمَ. *fut. O.* 1) acer fuit. 2) subtili ingenio fuit.

شَهَامَةٌ. subtilitas ingenii.

شَهِيَ. *ult. Waw. fut. A.* cupivit *rem. ccar.* VIII. cupivit *rem. ccar vel c* أَنْ *fut.*

شَهْوَةٌ. *pl.* شَهَوَاتٌ. cupiditas. شَهِيٌّ. *comp.* أَشْهَى. desiderabilis.

شَآءَ. *pro* شَيِئَ. شِئْتُ. *fut.* يَشَآءُ. voluit *aliquid. ccar vel c* أَنْ *verb.*

شِيئَةٌ. *et* شِيئَةٌ. voluntas.

شَيْءٌ. *pl.* أَشْيَآءُ. 1) res. 2) aliquid.

شَابَ. *med. Ja. fut. I.* canus fuit. II. canum effecit *aliquem. ccap.*

شَيْبٌ. *et* مَشِيبٌ. canities.

شَاخَ. *med. Ja. fut. I.* senex fuit.

شَيْخٌ. *pl.* مَشَايِخُ. أَشْيَاخٌ. 1) senex. 2) dominus. doctor. *titul. honorif.* 3) praeceptor.

شَاعَ. *med. Ja. fut. I.* divulgatus est *nuntius.*

شَامَ. *med. Ja. fut. I.* 1) respexit *ad rem. ccar.* 2) recondidit in vaginam *gladium. ccar.*

شِيمَةٌ. *pl.* شِيَمٌ. indoles. ingenium. mores. *Scribitur hoc vocabulum etiam cum Hamsa:* شِيئَمَةٌ. *pl.* شِيَمٌ. *Kam.*

شَامَةٌ. naevus niger. أَبُو شَامَةٍ. Abu schame. *cognomen viri.*

ص

صَبَّ. صَبَبْتَ. تَصَبَّ. 1) effudit. infudit *rem.* *ccar.* 2) effusa fuit *res.* 3) صَبَّ, صَبِبْتَ. تَصَبَّ. amore percitus fuit.

صَبٌّ. amore percitus. صَبَابَةٌ, amor vehemens.

صَبَحَ. *fut.* *A.* matutinum potum dedit *alicui.* *ccap.* 2) صَبُحَ. *fut.* *O.* venustus fuit. IV. 1) mane fuit *aliquo loco.* 2) mane fecit *aliquid.* 3) factus est. exstitit. *cca vel e fut.* 4) أَصْبَحَ ٱلصَّبَاحُ. illuxit dies. *pag.* 68. 5) أَصْبَحَ ٱللّٰهُ بِٱلصَّبَاحِ. illucescere fecit Deus diem. VIII. matutinum potum hausit.

صُبْحٌ. صَبَاحٌ. صَبِيحَةٌ. matutinum tempus. aurora.

صَبُوحٌ. matutinus potus. صَبَاحَةٌ. venustas.

صَبَرَ. *fut.* *I.* patiens fuit. patienter pertulit *adversa.* *cc* على *r.* 2) abstinuit *a re.* *co* عن *r.* II. patientem reddidit *aliquem.* *ccap.* V. patientiam prae se tulit.

صَبْرٌ. patientia. صَبْرًا. *adv.* patienter. لَا صَبْرَ لِي عَنْ شَيْءٍ. abstinere non possum ab re.

صَابِرٌ. *ag.* et صَبُورٌ. constans. patiens *rei.* *cc* على *r.*

تَصَبُّرٌ. *act.* V. patientia. fortitudo.

صَبَعَ. *fut.* *A.* digitum intendit *in aliquem.* *ce* ب *p vel o* على *p.*

إِصْبَعٌ. *pl.* أَصَابِعُ. digitus.

صَبَغَ. *fut.* *A.* *I.* *O.* tinxit *aliquid aliqua re.* *cca et* ب.

صِبْغَةٌ. 1) color. 2) opus divinum. artificium divinum. *pag.* 170.

صَبَا. *fut.* *O.* 1) simplex fuit. imperitus fuit. 2) desiderio flagravit *alicujus.* *co* الى *p.* 3) ab ortu aequinoctiali flavit

ventus. 4) صَبِيَ, *fut. A.* amore captus fuit *feminae.* *cc* إِلَى *p.* VI. 1) desipuit. *Har.* 462. 2) in amorem pellexit *aliquem. ccap. Kam.*

صَبًى, imperitia, pueritia. *Kam.* صَبِيّ *et* صِبًا, amor juvenilis.

صَبًا, 1) Eurus. ventus ab ortu aequinoctiali flans. 2) ventus suavis. aura lenis.

صَبِيّ, *pl.* صِبْيَان, puer, adolescentulus.

صَبْوَة, 1) imperitia. 2) amor.

تَصَابٍ, *act.* VI. 1) desipere. 2) in amorem pellicere.

صَحَّ, *fut. I.* 1) sanus fuit, integer fuit. 2) vera fuit *res.* 3) صَحَّ عِنْدَهُ, exploratum ei fuit. compertum habuit.

صِحَّة, *Kam.* صُحَّة, *Gol.* 1) integritas. 2) veritas.

صَحِيح, *fem.* ة, 1) integer, sanus. 2) verus.

صَحِبَ, *fut. A.* 1) socius fuit *alicui.* comitatus est *aliquem.* *ccdp.* 2) adjunxit *alicui aliquid. ccap et* بِ *r.* III. socium se praebuit *alicui. ccap.* IV. adjunxit *alicui aliquid. ccga.* VIII. 1) comitatus est *aliquem. ccap.* 2) socii sibi fuerunt.

صُحْبَة, societas, consortio. مُصْطَحِب, *ag.* VIII. socius. amicus.

صَاحِب, *ag. pl.* أَصْحَاب. صَحَابَة. 1) socius. amicus. 2) dominus. possessor *rei.* 3) praefectus. صَاحِبُ بَيْتِ ٱلْمَالِ, praefectus aerario. صَاحِبُ ٱلْخَبَرِ *et* صَاحِبُ خَبَرٍ. *pag.* 1. praefectus nuntiis. explorator. 4) auctor *rei. libri.*

صَاحِبَة, *ag. fem.* amica.

أَلصَّحَابَةُ. comites Mohammedis. *pag.* 53. صَحَابِيٌّ. comes Mohammedis. comite Mohammedis prognatus.

صَحَرَ. *fut. A.* coxit *rem. ccar. Kam.*

أَصْحَرُ. *fem.* صَحْرَآءُ. 1) rufus. 2) صَحْرَآءُ. planities vasta. desertum. 3) أَلصَّحْرَآءُ. *pag.* 121. Essachra. *nomen loci prope El kahiram. Sacy Chrest. vol.* 2. *pag.* 112.

صَحَّفَ. II. erravit in legendo. *pag.* 129. IV. compegit paginas libri.

صَحِيفَةٌ. *pl.* صُحُفٌ. 1) pagina. folium libri. 2) liber.

مُصْحَفٌ. *pl.* مَصَاحِفُ. 1) liber. codex. 2) Coranus.

صَحْفَةٌ. *pl.* صِحَافٌ. patina.

صَحَنَ. *fut. A.* percussit *aliquem. ccap.*

صَحْنٌ. 1) patera. 2) medium *rei.*

صَخَّرَ. II. subegit *aliquem. ccap. Kam.*

صَخْرٌ. *coll.* صَخْرَةٌ. *unit.* saxum. rupes.

صَدَحَ. *fut. A.* cecinit. *pag.* 163.

صَدَرَ. *fut. O. et I.* 1) rediit. reversus est *ab aquatione.* 2) prodiit. accidit. evenit *res.*

صَدَرٌ. reditus ab aquatione. صَادِرٌ. *ag.* rediens ab aquatione.

صَدْرٌ. 1) *act.* reditus ab aquatione. 2) anterior pars rei. 3) pectus. sinus. 4) summitas. principium rei. 5) locus supremus in consessu. 6) صَدْرُ ٱلدِّينِ. Ssadr eddin, i. e. princeps religionis. *cognomen viri.*

صَدَعَ. *fut. A.* 1) fidit *rem. ccar.* 2) divisit. separavit *aliquos. ccap vel c* بَيْنَ.

صُدَاعٌ. dolor capitis. cephalaea. pag. 16.

صَدَغَ. fut. A. capitis tempus oppositum habuit in incessu tempori alterius. a latere se junxit alteri. ccap.

صُدْغٌ. dual. صُدْغَانِ. pl. أَصْدَاغٌ. 1) capitis tempus. pars faciei quae inter oculum et aurem est. 2) capillus per capitis tempus propendens.

صَدَفَ. 1) fut. I. recessit ab aliquo. cc عن p. 2) fut. I. et O. abiit. Kam. III. invenit aliquem. occurrit alicui. ccap.

صَدَقَ. fut. O. 1) verax fuit in aliqua re. cc في r. 2) verum dixit de aliqua re. cc عن r. 3) verum dixit aliquid alicui. ccga. Kam. II. 1) veracem existimavit aliquem. credidit alicui. cca vel e ب. 2) verum dixit aliquid alicui. ccga. Kam. 3) sincere recteque fecit aliquid. ccar. III. amicitiam fecit cum aliquo. ccap vel c بين p.

صَدْقٌ, act. verum dicere. veritas. sinceritas. Kam.

صِدْقٌ. nom. verum dicere. veritas. sinceritas. Kam.

صَادِقٌ. ag. comp. أَصْدَقُ. 1) verax. sincerus. 2) verus.

صَدِيقٌ. pl. أَصْدِقَاءُ. amicus.

صَدَقَةٌ. beneficium. eleemosyna. 2) صَدَقَةُ. Ssadaka. nomen viri.

صَدَمَ. fut. I. pepulit. trusit aliquid. ccar. VI. collisi sunt inter se.

صَرَخَ. fut. A. clamavit.

صَارِخٌ. ag. clamans. صَرَاخٌ. Gol. صُرَاخٌ. Kam. clamor vehemens.

صَرَعَ. fut. A. prostravit aliquem. ccap. 2) in pass. spasmo correptus est. lictus est animo.

مَصْرُوعٌ. *pp.* prostratus. صَرِيعٌ. *pl.* صَرْعَى. prostratus.

مَصْرَعٌ. *pl.* مَصَارِعُ. 1) *act.* prosternere. *Kam.* 2) prosterni. spasmus. 3) locus quo quis prosternitur.

صَرَفَ. *fut. I.* vertit. convertit *rem. ccar.* 2) mutavit *rem. ccar.* 3) avertit *aliquem ab aliquo. cca et* عن. II. mutavit *rem. ccar.* VII. 1) discessit *ab aliquo. ce* عن *p. In passiv. cum* ب: يُنْصَرَفُ بِهِ. abductus est. *pag.* 37. 2) accessit *ad aliquem. cc* إلى *p.*

صَرْفٌ. *act. pl.* صُرُوفٌ. 1) mutatio. 2) vicissitudo fortunae. 3) permutatio pecuniae. res numularia. سُوقُ ٱلصَّرْفِ. forum numulariorum. *pag.* 5.

صَيْرَفِيٌّ. numularius. *pag.* 1. صِرْفٌ. vinum liquatum. vinum merum.

تَصْرِيفٌ. *act.* II. *pl.* تَصَارِيفُ. mutatio. inversio.

اِنْصِرَافٌ. *act.* VII. abitus. discessus.

صَرَمَ. *fut. I. Kam. fut. O. Gol.* resecuit. abrupit *aliquid. ccar.* V. abruptus fuit. finitus fuit.

صَرْمٌ. *act.* abruptio. alienatio. *pag.* 18.

صِرْمٌ. 1) coetus. vicus. *Kam.* 2) homines cum camelis aquatum euntes. *pag.* 147.

	Indefinitum.		Definitum.	
	Sing.		Sing.	
No.	مُصْطَفًى.	ein erlesener.	اَلْمُصْطَفَى.	der erlesene.
Ge.	مُصْطَفًى.	eines erlesenen.	اَلْمُصْطَفَى.	des erlesenen.
Ac.	مُصْطَفًى.	einen erlesenen.	اَلْمُصْطَفَى.	den erlesenen.
	Dual.		Dual.	
No.	مُصْطَفَيَانِ.	zwey erlesene.	اَلْمُصْطَفَيَانِ.	die zwey erlesenen.
Ge.	مُصْطَفَيَيْنِ.	zweyer erlesener.	اَلْمُصْطَفَيَيْنِ.	der zwey erlesenen.
Ac.	مُصْطَفَيَيْنِ.	zwey erlesene.	اَلْمُصْطَفَيَيْنِ.	die zwey erlesenen.
	Plur.		Plur.	
No.	مُصْطَفَوْنَ.	erlesene.	اَلْمُصْطَفَوْنَ.	die erlesenen.
Ge.	مُصْطَفَيْنَ.	erlesener.	اَلْمُصْطَفَيْنَ.	der erlesenen.
Ac.	مُصْطَفَيْنَ.	erlesene.	اَلْمُصْطَفَيْنَ.	die erlesenen.

Videas regulas permutationis, Sacy gram. 1. 203.

Quam declinandi regulam maxime sequuntur:

1. participia passiva verborum defectivorum, excepto participio passivo formae primae; ut:

مَرْمًى. jactus. pl. مَرْمَوْنَ. pro مَرْمَيٌ a verbo رَمَى.

مُصَفًّى. purgatus. pl. مُصَفَّوْنَ. pro مُصَفَّيٌ a verbo صَفَّى.

2. nomina multa a verbis defectivis derivata; quae vero pluralibus plerumque non regulariter formatis utuntur; ut:

رَحًى. mola. pro رَحَيٌ. غِنًى. opulentia. pro غِنَيٌ.

مَأْوًى. mansio. pro مَأْوَيٌ. مَعْنًى. significatio. pro مَعْنَيٌ.

4. *nomen desinens in* ة.

Haec nomina fere omnia sunt generis feminini; pauca quae extant masculina vel munera maxime vel dignitates et proprie-

tates virorum significant; ut عَلَّامَةٌ doctor; خَلِيفَةٌ chalifa; ضُحَكَةٌ risor; حُزُقَّةٌ brevi corpore.

indefinitum. سَاعَةٌ. aliqua hora. eine Stunde. une heure.
definitum. اَلسَّاعَةُ. illa hora. die Stunde. l'heure.

Indefinitum.		Definitum.	
Sing.		Sing.	
No. سَاعَةٌ.	eine Stunde.	اَلسَّاعَةُ.	die Stunde.
Ge. سَاعَةٍ.	einer Stunde.	اَلسَّاعَةِ.	der Stunde.
Ac. سَاعَةً.	eine Stunde.	اَلسَّاعَةَ.	die Stunde.
Dual.		Dual.	
No. سَاعَتَانِ.	zwey Stunden.	اَلسَّاعَتَانِ.	die zwey Stunden.
Ge. سَاعَتَيْنِ.	zweyer Stunden.	اَلسَّاعَتَيْنِ.	der zwey Stunden.
Ac. سَاعَتَيْنِ.	zwey Stunden.	اَلسَّاعَتَيْنِ.	die zwey Stunden.
Plur.		Plur.	
No. سَاعَاتٌ.	Stunden.	اَلسَّاعَاتُ.	die Stunden.
Ge. سَاعَاتٍ.	von Stunden.	اَلسَّاعَاتِ.	der Stunden.
Ac. سَاعَاتٍ.	Stunden.	اَلسَّاعَاتِ.	die Stunden.

Nomina nonnulla hujus generis substantiva a verbis sanis derivata quum in plurali ponuntur mediam radicalem nova vocali augent; et quidem:

forma فَعْلَةٌ habet pluralem فَعَلَاتٌ.
forma فُعْلَةٌ habet pluralem فُعُلَاتٌ vel فُعَلَاتٌ.
forma فِعْلَةٌ habet pluralem فِعِلَاتٌ vel فِعَلَاتٌ.

Itaque:

vocabulum وَجْنَةٌ. gena, habet pluralem وَجَنَاتٌ;

vocabulum جُمْعَةٌ, coetus, habet pluralem جُمُعَاتٌ.

DECLINATIO SECUNDA.

1. Nomina in singulari posita nunnatione carent, et ubi indefinita ponuntur, duos modo casuum exitus habent diversos.

2. Ubicunque vero nomina declinationis secundae ponuntur definita, ibi ad regulam declinationis primae flectuntur, atque tres casuum exitus habent diversos.

1. *nomen sanum.*

indefinitum.	آخَرُ.	aliquis alius.	ein anderer.	un autre.
definitum.	أَلْآخَرُ.	ille alius.	der andere.	l'autre.

	Indefinitum.		Definitum.	
	Sing.		Sing.	
No.	آخَرُ.	ein anderer.	أَلْآخَرُ.	der andere.
Ge.	آخَرَ.	eines anderen.	أَلْآخَرِ.	des anderen.
Ac.	آخَرَ.	einen anderen.	أَلْآخَرَ.	den anderen.
	Dual.		Dual.	
No.	آخَرَانِ.	zwey andere.	أَلْآخَرَانِ.	die zwey anderen.
Ge.	آخَرَيْنِ.	zweyer anderer.	أَلْآخَرَيْنِ.	der zwey anderen.
Ac.	آخَرَيْنِ.	zwey andere.	أَلْآخَرَيْنِ.	die zwey anderen.
	Plur.		Plur.	
No.	آخَرُونَ.	andere.	أَلْآخَرُونَ.	die anderen.
Ge.	آخَرِينَ.	anderer.	أَلْآخَرِينَ.	der anderen.
Ac.	آخَرِينَ.	andere.	أَلْآخَرِينَ.	die anderen.

Quam declinandi regulam maxime sequuntur:

1. adjectiva formae أَفْعَلُ, quae femininum non formant adjecto ة; ut أَزْرَقُ coeruleus; أَخْضَرُ viridis; أَكْرَمُ admodum generosus; أَفْضَلُ excellens.

2. adjectiva formae فَعْلَانُ, quae femininum non formant adjecto ة; ut سَكْرَانُ ebrius; كَسْلَانُ piger.

3. nomina propria, quae desinunt in انُ ad radicem adjectum; ut عُثْمَانُ Othman; سُلَيْمَانُ Soleiman.

4. alia nomina propria multa, maxime peregrina; ut: دَاوُدُ Dawud; إِبْرَاهِيمُ Ibrahim; عُمَرُ Omar; زَيْنَبُ Seineb; بَغْدَادُ Bagdad. Singularis regulam sequuntur etiam variae pluralium fractorum formae, et nomina formae فَعْلَآءُ. Uberius exposita haec leguntur in Sacy gram. 1. 728. Rosenmüller instit. CCCXXXIX. Tychsen Gram. §. 84.

2. *nomen decurtatum.*

1. Hoc genere, pariter atque in declinatione prima, complexa sunt nomina quae desinunt in litteram Ja, quam antecedit Fatcha; ut مُوسَى Mûssa, id est Moses; بُشْرَى nuntius laetus.

2. Haec nomina in singulari posita ultimam vocalem abjiciunt; scribendum itaque est in nominativo مُوسَى Mûssa; بُشْرَى nuntius laetus.

Sing.

No. مُوسَى. Mûssa.

Ge. مُوسَى. Mûssas.

Ac. مُوسَى. Mûssa.

Indefinitum.	Definitum.
Dual.	Dual.
No. مُوسَيَانِ. zwey Mûssas.	أَلْمُوسَيَانِ. die zwey Mûssas.
Ge. مُوسَيَيْنِ. zweyen Mûssas.	أَلْمُوسَيَيْنِ. der zwey Mûssas.
Ac. مُوسَيَيْنِ. zwey Mûssas	أَلْمُوسَيَيْنِ. die zwey Mûssas.
Plur.	Plur.
No. مُوسَوْنَ. Mûssas.	أَلْمُوسَوْنَ. die Mûssas.
Ge. مُوسَيْنَ. von Mûssas.	أَلْمُوسَيْنَ. der Mûssas.
Ac. مُوسَيْنَ. Mûssas.	أَلْمُوسَيْنَ. die Mûssas.

Quam declinandi regulam maxime sequuntur:

1. nomina propria quaedam virorum; ut:

يَحْيَى Jachja, مَثْنَى Methna. يَعْلَى Jala. يُعَيْلَى Joaila.

2. adjectiva feminina formarum فُعْلَى et فَعْلَى in singulari posita; ut:

صُغْرَى minor. كُبْرَى major. كَسْلَى pigra. عَطْشَى sitiens.

3. nomina substantiva formarum فَعْلَى, فُعْلَى, فِعْلَى aliarumque in singulari posita; ut:

شَكْوَى querela. تَقْوَى pietas. ذِكْرَى memoria. حُبْلَى gravida. حُبَارَى tarda; avis. رَغْبُوتَى cupido.

4. singularis regulam sequuntur quoque plurales fracti formae فَعْلَى et formae فَعَالَى; ut:

جَرْحَى vulnerati. نَصَارَى christiani.

3. *nomen desinens in* ة.

Haec nomina sunt nomina propria cum feminarum et virorum, tum locorum; ut nomina feminarum:

فَاطِمَةٌ Fatima. عَايِشَةٌ Aischa. عَمْرَةٌ Amra.

et nomina virorum:

قَبِيصَةٌ Kabîssa. عِكْرِمَةٌ Ikrima. مُعَاوِيَةٌ Moawija.

et nomina locorum:

مَكَّةٌ Mekka. قُرْطُبَةٌ Corduba. غَرْنَاطَةٌ Granâda.

Quaecunque nomina propria in ة desinunt hanc regulam sequuntur.

Sing.

No.	فَاطِمَةُ.	Fatima.
Ge.	فَاطِمَةَ.	Fatimas.
Ac.	فَاطِمَةَ.	Fatima.

	Indefinitum.		Definitum.	
	Dual.		Dual.	
No.	فَاطِمَتَانِ.	zwey Fatimen.	أَلْفَاطِمَتَانِ.	die zwey Fatimen.
Ge.	فَاطِمَتَيْنِ.	zweyer Fatimen.	أَلْفَاطِمَتَيْنِ.	der zwey Fatimen.
Ac.	فَاطِمَتَيْنِ.	zwey Fatimen.	أَلْفَاطِمَتَيْنِ.	die zwey Fatimen.
	Plur.		Plur.	
No.	فَاطِمَاتٌ.	Fatimen.	أَلْفَاطِمَاتُ.	die Fatimen.
Ge.	فَاطِمَاتٍ.	von Fatimen.	أَلْفَاطِمَاتِ.	der Fatimen.
Ac.	فَاطِمَاتٍ.	Fatimen.	أَلْفَاطِمَاتِ.	die Fatimen.

Nomina sana quoque atque decurtata, quae feminina significant, hunc pluralem femininum usurpare solent; ut:

دَعْدٌ. Daad, nomen feminae, plur. دَعَدَاتٌ.

حُبْلَى. gravida. plur. حُبْلَيَاتٌ. *Kam.*

1. Sunt praeterea nomina propria indeclinabilia, quae exeunt in وَيْهِ; qui exitus persicus esse videtur. Hujus generis sunt nomina virorum:

بَرْزُوَيْهِ. Barsuweih. *Kam.* 461. مِسْكَوَيْهِ. Miskeweih. *Kam.* 1378.

شِيشَوَيْهِ. Schischeweih. *Kam.* 835. عَمْرُوَيْهِ. Amruweih. *Kam.* 609.

حَمْدَوَيْهِ. Hamdaweih. *Kam.* 359. عَبْدَوَيْهِ. Abdaweih. *Kam.* 514.

Rarius haec nomina exeunt in ُويَةٌ, flectunturque ut nomina secundae declinationis desinentia in ةٌ; ut nomina virorum:

شَنْبُويَةٌ. Schenbûja. *Kam.* 109. ubi quoque exstat شَنْبَوَيْهِ.

بُوذُويَةٌ. Budsûja. *Kam.* 435. بِنْدُويَةٌ. Bindûja. *Kam.* 346.

Ita quoque scribunt et بُوَيْهِ Buweih, *Kam.* 1820; et بُوَيَةٌ Buja, *Kam.* 1820. 1763. 1849.

2. Ubicunque nomen in duali vel in plurali positum per adjectum genitivum redditur definitum, ibi exitus dualis in انِ et يْنِ abjiciunt litteram Nun finalem; exitus pluralis in ونَ vero convertitur in وا, exitusque in ينَ abjicit litteram Nun finalem. Scribitur itaque:

بَوَّابَا ٱلْمَلِكِ. duo janitores regis.

بَوَّابُوا ٱلْمَلِكِ. janitores regis.

3. Praeter pluralem regulariter formatum in ونَ et ينَ, quem nomina hoc loco in paradigmis posita usurpant, multae aliae pluralis formae exstant, quas plurales fractos vocant Arabes. Flectuntur vero plurales fracti ut singulares, et quidem:

a. alii ut sing. sanum decl. pr. e. g. رِجَالٌ. viri.

b. alii ut sing. imperfect. decl. pr. e. g. أَعْصٍ. baculi.

c. alii ut sing. decurtatum decl. pr. e. g. قُرًى. urbes.

d. alii ut sing. desinens in ة, decl. pr. e. g. حِجَارَةٌ. lapides.

e. alii ut sing. sanum decl. sec. e. g. ضَفَادِعُ. ranae.

f. alii ut sing. decurtat. decl. sec. e. g. حَمْقَى. stulti.

Pluralium fractorum formae recensitae leguntur Sacy gram. 1. 700. Rosenmüller instit. CCCXXV. Tychsen gram. §. 81.

Uberiora quae de declinatione arabica exponenda essent, alium in locum quidem rejicienda sunt; at paradigmis tamen supra adpositis aliquid utilitatis tironibus posse me adferre arbitratus sum.

ADNOTATIONES AD SCRIPTURAM ARABICAM.

Ad pag. 1.

Lin. 1. Vocabulum بِسْمِ per contractionem scriptum est pro بِاسْمِ in nomine, quod nunnatione caret, quoniam per sequentem genitivum ٱللّٰهِ definitum est; littera Elif vero, quae in vocabulo إِسْمٌ exstat, radicalis non est, eamque ob causam accipit Weslam, Sacy gram. 1. 126.; radix vocabuli est سَمَوَ. Vocabulum ٱللّٰهُ Deus, vel potius ὁ Θεός, nunnationem nunquam accipit, quoniam in eo inest articulus, ideoque vocabulum per articulum definitum est; scriptum enim est per contractionem ٱللّٰهُ pro ٱلْإِلٰهُ, ille deus. Adjectiva ٱلرَّحْمٰنِ misericordis, et ٱلرَّحِيمِ miseratoris, nunnatione carent, quoniam per articulum definita sunt; definita vero haec ponenda sunt quia nomen substantivum ٱللّٰهُ, ad quod ipsa pertinent, definitum est; substantiva definita enim non accipiunt nisi adjectiva definita, atque versa vice substantiva indefinita non accipiunt nisi adjectiva indefinita; quae regula primaria est; Sacy gram.

2. 358. 361. Rosenmüller instit. synt. XXXIV. Tychsen Gram. §. 101. Verba وَهُوَ حَسْبِي وَنِعْمَ ٱلْوَكِيلُ significant: atque ille est sors mea, praeclarumque sane praesidium. Pro وَهُوَ et ille, scribere licet وَهْوَ, quod inprimis usitatum est poëtis; pronominibus scilicet هُوَ et هِيَ primam vocalem abjicere licet, quum ea antecedit conjunctio وَ vel فَ; Sacy gram. 1. 803. Vocabulum نِعْمَ praeclarus est, est verbum laudandi, quod conjungitur cum re laudata in nominativo posita. Sed primum nominativum cum verbo laudandi conjunctum proprie significat universam speciem, ita ut نِعْمَ ٱلْوَكِيلُ proprie sit: praeclarum est praesidium, scilicet praesidium quodcunque; quamobrem ubi singulus quidam laudandus est secundo nominativo adjecto hic singulus significatur; dicendum itaque fuisset نِعْمَ ٱلْوَكِيلُ هُوَ praeclarum est praesidium, scilicet ille, vel: praeclarum praesidium est ille. Sed ubi singulus ille, qui laudatur, satis jam ex iis quae ante dicta sunt cognoscitur, ibi ipse in laudandi formula non significatur; quam ob rem etiam hoc loco pronomen هُوَ omissum est. Ita in Korano scriptum legitur: نِعْمَ ٱلْعَبْدُ praeclarus est servus, pro: praeclarus est servus, scilicet Jobus. Sacy gram. 2. 302. 303. Dicere quoque licet: نِعْمَ وَكِيلًا هُوَ. Sacy gram. 2. 304.

Lin. 2. Vocabulum قِصَّةُ historia, est nomen desinens in ة declinationis primae, quod hoc loco vero nunnatione caret, quia per sequentem genitivum definitum est. Adjectivum ٱلْبَغْدَادِيِّ Bagdadensis, per articulum definitum est, quoniam pertinet ad substantivum definitum, scilicet ٱلصَّيْرَفِيِّ numularii.

Lin. 3. Vocabulum مَأْخُوذَةٌ, sumta, est particip. passiv.

femin. verbi أَخَذَ; femininum ponendum erat, quoniam hoc adjectivum pertinet ab substantivum antecedens قِصَّة historia, quod femininum est. Verba أَلْف لَيْلَة وَلَيْلَة significant: mille noctium noctisque unius; primum لَيْلَة, quod: noctium, significat, in genitivo singularis positum est, quoniam nomen numerale أَلْف cum re numerata in genitivo singularis posita conjungitur; Sacy gram. 2. 450; Rosenm. instit. synt. XXII. Tychsen Gram. §. 105.

Lin. 4. حُكِيَ narratum est; memoriae proditum est; praeter. pass. form. 1. Quae sequuntur verba: وَٱللّٰهُ أَعْلَمُ بِغَيْبِهِ وَأَحْكَمُ وَأَلْطَفُ وَأَرْحَمُ: Deus vero est pergnarus secreti sui, persapiensque, perbenevolusque, permisericorsque, dictum pium exhibent in parenthesi positum; cujus generis dicta ad Dei reverentiam significandam orationi interserere solent scriptores moslemici; quattuor adjectiva hoc loco usurpata sunt in modo comparativo posita, qui modus altiorem significationis gradum indicat; Sacy gram. 1. 626; 2. 59. Absoluta parenthesi sequuntur quae cum حُكِيَ narratum est, conjungenda sunt; scilicet verba فِيمَا مَضَى ad أَحَادِيثِ ٱلْأُمَمِ, i. e. in eo quod praeteriit, atque antecessit transactumque est ex rebus gestis gentium. Vocabulum أَحَادِيث, historiae, res gestae, a singulari أُحْدُوثَة derivatum, est pluralis fractus formae tricesimae, scilicet formae أَفَاعِيل, Sacy gram. 1. 703; quae forma ut singulare sanum declinationis secundae flectitur; ergo genitivus scribendus esset أَحَادِيثَ; quum vero hoc loco illud vocabulum per sequentem genitivum ٱلْأُمَمِ gentium, definitum sit, flectendum est ad regulam declinationis primae; vide quae supra de declinatione secunda dicta sunt. Unde fit, ut genitivus

hoc loco non أَحَادِيثَ, sed أَحَادِيثُ scribendus sit. Vocabulum أَلْأُمَم gentium, a singulari أُمَّة derivatum, est pluralis fractus formae primae, scilicet formae فُعَل; Sacy gram. 1. 700. Rosenm. instit. CCCXXV. Tychsen Gram. §. 81.

Lin. 5. Post أَلْأُمَم sequuntur quae etiam ab antecedentibus pendent, scilicet a verbis: memoriae proditum est in antiquis historiis; أَنَّ أَلْمُعْتَضِدَ بِاللَّه quod El motaded billa fuit excelso ingenio, magno animo aequusque. Vocabulum أَلْمُعْتَضِدَ, quod est prima pars nominis chalifae, in accusativo positum est propter antecedentem particulam أَنَّ; Sacy gram. 2. 90. 91; Rosenm. instit. synt. CLXXXIV; Tychsen Gram. §. 99. Attributa tria, quibus laudatur chalifa, scilicet عَالِيَ أَلْهِمَّة, et كَبِيرَ أَلنَّفْس et عَادِلاً, in accusativo posita sunt propter verbum antecedens كَانَ fuit, quod cum subjecto conjungit attributum in accusativo positum; Sacy gram. 2. 86. Rosenm. instit. synt. CLV. Tychsen Gram. §. 99. Dicunt vero Arabes عَالِي أَلْهِمَّة excelsus ingenii, pro eo quod latine dicitur: excelso ingenio, vel excelsi ingenii; Sacy gram. 2. 70. Vocabulum عَالٍ excelsus, est nomen imperfectum declinationis primae, ergoque in accusativo definito scribitur عَالِيَ; definitum hoc loco est per sequentem genitivum أَلْهِمَّة.

Lin. 6. Pronomen لَهُ ei, significat chalifam modo memoratum; supplendum est verbum: erant; verbum esse, enim in oratione arabica saepissime omittitur. Sacy gram. 2. 640. Vocabulum بَغْدَاد Bagdad, ut nomen peregrinum, et quidem ut nomen persicum, inflectitur ad regulam nominis sani declina-

tionis secundae, ergoque in genitivo positum scribitur بغداد. In verbis ستمائة صاحب خبر: sexcenti exploratores, vocabulum صاحب in genitivo singularis positum est, quoniam numeri centenarii conjunguntur cum re numerata in genitivo singularis posita; Sacy gram. 2. 449. Rosenm. instit. synt. XXI. Tychsen Gram. §. 105.

Lin. 7. Verba كان فما ad شيء significant: ita ut eum non lateret ex negotiis hominum aliquid. Caveant tirones, ne conjunctionem فَ, quae exstat in vocabulo فما itaque non, latine convertant: et; nam fere semper haec conjunctio significat: itaque, ita ut, eam ob causam, deinde, vero. Conjunctio: et, vero significatur vocabulo وَ. Vocabulum شيء res, hoc loco positum est pro: res ulla, aliquid. Vocabula conjuncta كان يخفى latebat, efficiunt imperfectum verbi خفي; hunc enim quoque in usum adhibetur verbum كان fuit; Sacy gram. 1. 277; Rosenm. instit. synt. CXIV. CXXIX. Tychsen Gram. §. 40. In iis quae sequuntur: فخرج هو وابن حمدون: exiit vero ille una cum Ebn hamdûn, vocabulum ابن in accusativo positum est, quoniam conjunctio وَ, quum: una cum, significat, conjungitur cum nomine in accusativo posito; Sacy gram. 1. 883. 2. 98. Rosenm. instit. CCCXCI. Tychsen Gram. §. 92. Vocabulum حمدون est genitivus nominis sani declinationis secundae.

Lin. 8. Accusativus يوما quadam die, adverbialiter positus est ad significandam rationem temporis; id genus accusativi enim significant rationem vel temporis, vel loci, vel modi, vel consilii, vel agendi; Sacy gram. 2. 107; Rosenm. instit. CCCXCV; Tychsen Gram. §. 94. Futura subjunctiva vel antithetica ليتفرجوا ut se oblectarent, et ويسمعوا atque audirent, ponenda erant, quoniam antecedit particula لِ ut, quo;

Sacy gram. 2. 48; Rosenm. instit. synt. CXXVII. Tychsen Gram. §. 37. Verba عَلَى ٱلْأَعْوَامِ significant: inter vulgus, inter plebem; أَعْوَام est plur. fract. vocabuli عَامَّة universitas. Verbum تَفَرَّجَ cum عَلَى conjunctum in sermone recentiori etiam usurpatur pro: perlustrare rem.

Lin. 9. Vocabulum عَلَيْهِمُ super eos, in eos, cujus extrema littera signo Dschesma esset munienda, hoc loco non Dschesmam, sed vocalem Dammam accepit propter sequentem Weslam, qua incipit vocabulum ٱلْكِرْ; Sacy gram. 1. 131; Rosenm. instit. LV. Tychsen Gram. §. 14. Atque etiam particula قَدْ, quae in vocabulo وَقَدِ et jam, exstat, hoc loco extremam litteram vocali Kesra munitam accepit propter sequentem Weslam; Sacy, Rosenm. et Tychsen, ll. cc. Verbum إِنْتَهَوْا est form. VIII. rad. نَهَى. Adjectivum نَظِيف mundus, indefinitum ponendum erat, quoniam substantivum, ad quod adjectivum pertinet, scilicet شَارِع, indefinitum est.

Lin. 10. Vocabulum دَار, domus, est femininum, ideoque etiam adjectiva حَسَنَة et شَاهِقَة in genere feminino posita sunt; شَاهِقَةُ ٱلْبُنْيَانِ est: altam structurae, i. e. altae structurae; mendose typis excusum est ٱلْبُنْيَانِ; عَلَى ٱلْبَابِ i. e. prope januam.

Lin. 11. لِيَسْتَرِيحُوا ut requiescerent; fut. subjunct. propter particulam لِ positum; forma X. rad. رَاحَ med. Waw. مِنْ تِلْكَ ٱلدَّارِ ex hac domo; ubicunque pronomen demonstrativum tanquam adjectivum cum substantivo conjungitur, ibi substantivum articulo muniendum est. Nam pronomina demonstrativa, propter eam quam habent significationem, sunt ad-

jectiva definita, eamque ob causam conjungi non possunt nisi cum nominibus definitis. Itaque: hic vir, est هٰذَا ٱلرَّجُلُ; quod si diceres هٰذَا رَجُلٌ, sensus esset: hic est vir. Sacy gram. 2. 359. 385. Vocabulum آخَرُ aliquis alius, hoc loco indefinitum quidem est; at nunnatione tamen caret, quia est nomen sanum declinationis secundae. Verba قِطْعَةُ قَمَرٍ segmentum lunae, pulchram hominis faciem significant.

Lin. 12. إِنَّ أُسْتَاذَنَا. sane dominus noster; أُسْتَاذَ in accusativo positum est propter antecedentem particulam إِنَّ; Sacy gram. 2. 90. 91. Rosenm. instit. synt. CLXXXIV. Tychsen Gram. §. 99. لِأَنَّهُ etenim; quoniam; pronomen suffixum, quod ad finem adjectum est, redundat tanquam expletivum; quod Arabes vocant ضَمِيرُ ٱلشَّأْنِ pronomen status; Sacy gram. 1. 884. 2. 918.

Lin. 13. قَدْ صَارَ هٰذَا ٱلْوَقْتُ jam facta est haec hora, i. e. jam dies adeo provectus est. يُحِبُّ amat; fut. form. IV. rad. حَبَّ. Verbum أَعْجَبَ placuit, proprie significat: admiratione affecit, eamque ob causam adsumit eum, cui aliquid placet, in accusativo positum; scilicet hoc loco ٱلْخَلِيفَةَ.

Lin. 14. هٰذَا دَلِيلٌ hoc est argumentum; haudquaquam licet vertere: hoc argumentum; nam هٰذَا est pronomen definitum, دَلِيلٌ vero substantivum indefinitum. Contra vero هٰذِهِ ٱلدَّارِ significat: hujus domi; vide quae ad lineam undecimam adnotata sunt.

Ad pag. 2.

Lin. 1. Verba لَا بُدَّ أَنْ نَدْخُلَ ponuntur pro لَا بُدَّ مِنْ

أَنْ نَدْخُلَ, quae significant: nullum effugium est ab eo quod intremus, i. e. facere non possumus quin intremus, vel: necesse est intrare; nomen بُدَّ effugium, in accusativo indefinito positum est propter antecedentem particulam لَا non, pro adjectivo: nullus, hoc loco scriptam; Sacy gram. 2. 93. 94. Rosenm. instit. synt. CLXXXV. Tychsen Gram. §. 99. Futurum subjunctivum نَدْخُلَ ob antecedentem particulam أَنْ ut, positum est; Sacy gram. 2. 48. Quae sequuntur futura subjunctiva نَنْظُرَ et يَكُونَ propter particulam لِ ut, vocabulo نَنْظُرَ praepositam, adhibenda erant.

Lin. 2. Verba وَيَكُونَ ذَلِكَ سَبَبًا إِلَى نِعْمَةٍ تَصِلُ إِلَيْهِ مِنَّا significant: atque fiat hoc causa alicujus beneficii quod redundet ad eum a nobis; i. e. atque haec res ansam praebeat beneficii in eum a nobis conferendi. Vocabulum سَبَبًا in accusativo positum est ut attributum per verbum كَانَ cum subjecto, scilicet ذَلِكَ, conjunctum; vide quae ad pag. 1. lin. 5. adnotata sunt. Inter verba نِعْمَةٌ تَصِلُ beneficium quod redundet, omissum est pronomen relativum: quod, vel أَلَّتِى; quod ideo factum est, quoniam nomen نِعْمَة, ad quod hoc pronomen relativum pertineret, indefinitum est; nam in pronomine relativo أَلَّذِى inest articulus أَلْ, pronomenque ipsum definitum est, neque nisi cum nominibus definitis conjungi potest. Itaque quidem dicitur أَلنِّعْمَةُ أَلَّتِى تَصِلُ illud benefium quod redundet, quoniam nomen definitum est; ubicunque vero nomen indefinitum usurpatur, ibi pronomen relativum, quod ad hoc nomen pertineret, omittitur. Sacy gram. 2. 361. 363. Rosenm. instit. synt. XLVI. XCVII. Tychsen Gram. §. 109. تَصِلُ est fut.

form. 1. rad. وَصَلَ; أَسْتَأْذِنْ, imperat. form. X. rad. أَذِنَ; admissionem pete; pete ut intromittantur.

Lin. 3. عَنْ قَوْمٍ غُرَبَآءَ. a parte hominum peregrinorum; vocabulum قَوْمٌ populus, homines, forma quidem nomen singulare, at significatione tamen nomen plurale est; quam ob causam adjectivum plurale cum eo conjunxit auctor, scilicet غُرَبَآءَ, genit. nom. san. decl. secund. Sacy, gram. 2. 371. Rosenm. instit. synt. XXXIX. Tychsen Gram. §. 101. وَكَانَ ٱلْخَلِيفَةُ; verbum كَانَ ita conjungendum est cum verbo يَتَنَكَّرُ in linea sequenti posito, ut tanquam verbum auxiliare efficiat imperfectum verbi نَكَّرَ, dissimulabatur, abdebat se. أَرَادَ voluit, praet. form. IV. rad. رَادَ med. Waw.

Lin. 4. تُجَّارٌ. mercatores; plur. fract. voc. تَاجِرٌ. فَفَرِحَ ٱلْخَادِمُ itaque gavisus est servus.

Lin. 5. وَأَخْبَرَهُ فَفَرِحَ; id tenendum est, adposita particula فَ novam personam introductam quoque indicari; ubi enim de duabus personis agitur, atque nunc haec, nunc illa introducitur vel agens, vel loquens, ibi de altera jam ad alteram transire auctorem significatur interposita particula فَ; quod etiam hoc loco factum est. Primum auctor servum agentem introducit, dicitque: أَخْبَرَهُ; renuntiavit, scilicet: servus, haec illi; deinde ad dominum transit, atque, ut transitum significet adhibita particula فَ dicit: فَفَرِحَ, tum gavisus est alter, scilicet dominus. قَامَ قَائِمًا surrexit stans, surrexit in pedes; accusativus قَائِمًا adverbialiter positus est ad significandam rationem modi; Sacy gram. 2. 111. 112. vide quae ad pag. 1. lin. 8. adnotata sunt. Verba قَضِيبُ بَانٍ ramus Bani, vel ramus

tamaricis, per metaphoram significant hominem qui statura venusta est.

Lin. 6. Vocabulum بِنَفْسِهِ, quod proprie est: cum anima sua, significat: ipse; vide in lexico rad. نَفِسَ. Verba: وَإِذَا بِهِ جَمِيلَ ٱلصُّورَةِ حَسَنَ ٱلْوَجْهِ significant: atque ecce eum hominem formae venustae pulchraeque faciei. Accusativi جَمِيلَ et حَسَنَ adverbialiter positi sunt ad significandam rationem modi, quam Arabes vocant ٱلْحَالُ vel statum; nam vocabula إِذَا بِهِ vicem explent verbi وُجِدَ repertus est, atque ideo إِذَا بِهِ جَمِيلًا idem est quod وُجِدَ جَمِيلًا repertus est pulcher. Post usurpatam vero particulam إِذَا ecce, res quae monstratur cum praepositione بِ conjuncta interdum adponitur. Sacy gram. 1. 824. 2. 116.

Lin. 7. خَوَاتِيم nom. san. decl. sec. est plur. fract. form. XXX. a voc. خَاتَم derivatus. فِي أَصَابِعِهِ in digitis suis; أَصَابِع plur. fract. form. XXIX a voc. إِصْبَع et أُصْبُع derivatus sequitur regulam nomin. sani decl. sec. igiturque in genitivo habet أَصَابِعَ; sed hoc loco per pronomen suffixum definitus est, eamque ob causam ad regulam declinationis primae inflectitur; vide quae supra ad paradigma declinationis secundae adnotata sunt. سَائِر, a rad. سَيَرَ derivatum, ex usu recentiori significat: omnis.

Lin. 8. يَوَاقِيت plur. fract. form. XXX derivatus a sing. يَاقُوت hyacinthus. رَآهُمْ vidit eos, scriptum est pro رَأْأَهُمْ, duobus litteris Elif per Meddam contractis; nam vocabula quae desinunt in litteram Ja, quam antecedit Fatcha, quum adjecta syllaba augentur, commutant litteram Ja in Elif; itaque scribitur

رَمَى sagittis petiit, et رَمَاهُ sagittis petiit eum; atque رَأَى vidit, et رَآهُ vel رَأَهُ vidit eum.

Lin. 9. سَهْلاً بِٱلسَّادَةِ salutatio fiat dominis, bene venerint domini; أَلْمُنْعِمِينَ ٱلْمُتَفَضِّلِينَ إِنْعَامًا عَلَيْنَا qui beneficos se praebent et gratiosos benefaciendo nobis; accusativus vocabuli إِنْعَامًا, quod est infinitivus vel actio form. IV. adverbialiter positus est ad significandam rationem modi, vel statum أَلْحَالُ. Pluralis fractus ٱلسَّادَةُ cum adjectivis in plurali positis conjunctus est, quoniam personas ratione praeditas significat; Sacy gram. 2. 369. 370. Rosenm. instit. synt. XXXVIII. Tychsen Gram. §. 101.

Lin. 10. إِلَى دَارٍ كَأَنَّهَا in domum quae velut si esset; pronomen relativum أَلَّتِي, quod post دَارٍ supplendum est, ideo omisit auctor, quoniam nomen دَارٍ ad quod pronomen illud pertineret, indefinitum est; vide quae ad lineam 2. adnotata sunt.

Lin. 11. مُخْتَتَمُ ٱلْحِيطَانِ clausus parietum, i. e. clausis parietibus; حِيطَانٌ plur. fract. form. XVIII. derivatus a sing. حَائِطٌ, a rad. حَاطَ med. Waw. وَهِيَ مُصَوَّرَةٌ atque hi picti vel caelati erant, scilicet parietes; plurales fracti enim conjunguntur cum pronominibus et adjectivis femininis in singulari positis; Sacy gram. 2. 350. 368. Rosenm. instit. synt. LIII. XXXVI. Tychsen Gram. §. 102. 101. Referri quoque posset pronomen هِيَ ad domum أَلدَّارِ; quod tamen cum iis, quae sequuntur, minus consentaneum esse videtur.

Lin. 12. وَفِيهَا et in iis, scilicet: in parietibus; مِنْ جَمِيعِ ٱلْأَشْيَاءِ ex quibuscunque rebus, scilicet: quaedam repraesen-

tata erant. مَا بَيْنَ inter; ex numero, equitum, peditum, avium. مَاشٍ est partic. form. 1. rad. مَشَى in genitivo positum pro مَاشِي; sequitur regulam nominis imperfecti decl. primae.

Lin. 13. مُذَهَّبَةٌ auratorum; pertinet hoc adjectivum ad nomina quae praemissa sunt, scilicet رَاكِبٍ وَمَاشٍ وَطَايِرٍ.

Lin. 14. فَرُفِعَ لَهُمْ مِنْ مَرْتَبٍ atque detecta iis est sella; proprie: et detectum est iis a sella; quam occuparent. Dici posset fortasse, مِنْ مَرْتَبٍ scriptum esse pro مَرْتَبٌ, atque vertendum esse: exstructa iis est sella; nam Firusabadius in Kamuso pag. 1025 فُرُشٌ مَرْفُوعَةٌ dicit esse pulvinaria invicem sibi imposita بَعْضُهَا فَوْقَ بَعْضٍ; pulvinaribus vero insident homines orientales. Vide quae de praepositione مِنْ in lexico exposita sunt. Pro مَرْتَبٍ per mendam typis scriptum est مَرْتَبَت. وَجَعَلَ ٱلْمُعْتَضِدُ يَتَأَمَّلُ atque coepit El motaded intueri; verbum جَعَلَ coepit, conjungitur cum verbo altero in futuro posito, quoniam est ex verbis incipiendi أَفْعَالُ ٱلْإِنْشَاءِ; Sacy gram. 2. 290. 293. Rosenm. instit. synt. CLVIII. Tychsen Gram. §. 117.

Lin. 15. وَجْهَ ٱلْخَلِيفَةِ وَقَدْ تَغَيَّرَ vultum chalifae et jam immutatus erat, i. e. vultum chalifae immutatum, vel adductum; verba وَقَدْ تَغَيَّرَ efficiunt propositionem supplentem, quae vicem explet accusativi adverbialiter positi, scilicet accusativi مُتَغَيِّرًا. Id genus propositiones supplentes pariter atque accusativi adverbialiter positi significant statum ٱلْحَالُ, vel designa-

tionem تَمْيِيزٍ; Sacy gram. 2. 534. 539; quam ob rem conjunctio و, quae ejusmodi propositiones supplentes cum subjecto conjungit, nuncupatur وَاوُ ٱلْحَالِ Waw status.

Lin. 16. وَكُنْتُ أَعْرِفُهُ noscebam vultum chalifae, cum faventis, tum irascentis.

Lin. 17. يَا تَرَى o videas! vel ex usu recentiori: utinam scirem; مَا ذَا بِهِ quid in eo sit; quid ejus animum afficiat, حَتَّى غَضِبَ ita ut irascatur. مَا ذَا proprie est: quid hoc; sed ponitur pro: quid, pronomine demonstrativo ذَا pleonastice ad interrogativum مَا adjecto; pro مَا ذَا بِهِ quid in eo sit, in codice gothano scriptum est مَا نَابَهُ quid eum perculerit; quod eundem sensum fundit. جَآءُوا venerunt, praet. form. 1. rad. جَآءَ venit; جَآءَ بِشَيْءٍ attulit rem.

Lin. 18. أَيْدِينَا manus nostras; singularis يَدٌ, qui pro يَدْيٌ scriptus est, habet pluralem formae tertiae decimae أَيْدٍ quod pro أَيْدِيٌ scriptum est; hoc loco vero pluralis per pronomen suffixum definitus est, eamque ob causam accipit Ja finalem; vide paradigma nom. imperf. decl. prim.

Ad pag. 3.

Lin. 2. يَا سَادَةُ o domini; vocativus significatur nominativo indefinito, quum a vocativo non pendet ullum complementum; quod ubi a vocativo pendet, vocativus significatur accusativo, ut يَا سَادَةَ ٱلْمَدِينَةِ o domini urbis; Sacy gram. 2. 132. Rosenm. instit. CCCXLVI. Tychsen Gram. §. 86. قَدْ

مَضَّنِى ٱلْجُوعُ jam adflixit me fames; pronomen suffixum personae primae singularis in litteram Ja quiescentem recipit vocalem Fatcha ubicunque proximus sequitur articulus; Sacy gram. 1. 131. Rosenm. instit. LV. Tychsen Gram. §. 14. Pro illis verbis in codice gothano scriptum est in sensum alium: قَدْ مَضَى ٱلْجُوعُ مِنِّى jam abiit fames a me.

Lin. 3. أَنْعِمُوا وَتَفَضَّلُوا, germanice vertendum est: Haben Sie die Güte und seyen Sie so gefällig; gall. ayez la bonté. كُلُوا comedite! imper. verb. أَكَلَ. يَضَعُهَا ponebat eas; fut. verb. وَضَعَ.

Lin. 5. حَلْوَى esca dulcis, dulcia, est generis feminini, quoniam desinit in Ja non radicalem post Fatcham quiescentem; Sacy gram. 1. 670. Rosenm. instit. CCXCVI. Tychsen Gram. §. 78. ٱلْأَوَانِى vasa; a sing. إِنَآءٌ. rad. أَنَى.

Lin. 6. ٱلْفَاخِرَةُ. adjectivum in singulari feminino positum est, quoniam ad pluralem fractum ٱلْأَوَانِى pertinet; Sacy gram. 2. 368. Rosenm. instit. synt. XXXVI. Tychsen Gram. §. 101.

Lin. 8. صَارَ ٱلْمَكَانُ يَدْهَشُ ٱلْأَبْصَارَ coepit locus praestringere oculos; صَارَ يَدْهَشُ proprie significant: factus est praestringere; conjunctum est صَارَ cum verbo altero in futuro posito, quemadmodum verba incipiendi cum futuris conjunguntur; vide quae ad lin. 14 adnotata sunt.

Lin. 9. وَمَعَ ذَلِكَ كُلِّهِ et cum hoc, universitate sua; i. e. etsi haec omnia erant; vocabulum كُلّ hoc loco tanquam corroboramentum vel تَوْكِيدٌ ad ذَلِكَ adpositum est; Sacy

gram. 2. 393. Rosenm. instit. synt. XV. Tychsen Gram. §. 100. وَعَادَتُهُ يَنْبَسِطُ etsi ejus consuetudinis erat ut hilari animo esset; verbum يَنْبَسِطُ vicem explet propositionis أَنَّهُ كَانَ مُنْبَسِطًا.

Lin. 10. غَيْرَ حَسُودٍ وَلَا ظَلُومٍ non invidum neque violentum; quoniam vocabulum negandi غَيْرَ cum nomine in genitivo posito conjungendum est, ideo etiam sequens لَا, quod repetendi غَيْر vicem explet, etiam cum genitivo conjungitur. Accusativus غَيْرَ, qui antecedit vocabulum حَسُودٍ, est accusativus adverbialiter positus ad significandam rationem modi, pendetque ex verbo cordis أَعْرِفُهُ novi eum; vide quae de verbis cordis أَفْعَالُ ٱلْقُلُوبِ exposita sunt Sacy gram. 2. 114. 294. 897. Rosenm. instit. synt. CLIII. Tychsen Gram. §. 115.

Lin. 11. لِأَيِّ شَيْءٍ propter quamnam rem; praepositio لِ hoc loco significat: propter.

Lin. 12. جِيَّ بِأَطْبَاقِ ٱلشَّرَابِ ventum est cum vasis potoriis, i. e. adlata sunt vasa potoria; جِيَّ praet. passiv. form. 1. verbi جَآءَ venit.

Lin. 13. Genitivi بَوَاطٍ et طَاسَاتٍ pendent ex praepositione بِ, quae antecedit vocabulum مَرَاكِبِهَا in linea duodecima scriptum; بَوَاطٍ pocula, deriv. est a sing. بَاطِيَةٌ.

Lin. 14. وَقُدِّمَ لَنَا أَنْوَاعُ ٱلنُّقْلِ oblata nobis sunt varia genera bellariorum; ideo verbum قُدِّمَ, etsi pertinet ad pluralem أَنْوَاعُ, in singulari positum est, quia verbum prae-

misit nomini plurali auctor; Sacy gram. 2. 318. Rosenm. instit. synt. CLXX. Tychsen Gram. §. 119.

Lin. 15. Pro eo quod typis scriptum est عَلَى ٱلْمُدَارَة legendum est عَلَى ٱلْمُدَوَّرَة in torum orbiculatum; i. e. torum qui ad parietes exstructus est; german. auf den Sofa. فَاذَا بِبَابِ مَقْصُورَة فُتِحَ atque ecce januam alicujus conclavis quae aperiebatur; post اذا ecce, rem quae monstratur cum praepositione ب conjunctam adponere licet; vide quae ad pag. 2. lin. 6. adnotata sunt; vocabulum بَابِ, etsi cum genitivo id conjunxit auctor, tamen non plene definitum est, quoniam ipse ille genitivus مَقْصُورَة definitus non est; eamque ob causam omisit pronomen relativum ante فُتِحَ ponendum.

Lin. 16. ثَلَاثُ جَوَارٍ tres puellae; جَوَارٍ genit. nom. imperf. decl. prim. scriptum est pro جَوَارِي, a sing. جَارِيَةٌ deriv. Nomina numeralia decem prima conjunguntur cum nominibus in genitivo positis; Sacy gram. 2. 438. Rosenm. instit. synt. XVI. Tychsen Gram. §. 105. Pluralis fractus جَوَارٍ ideo cum adjectivo in plurali posito نُهَّدَآء conjunctus est, quoniam ipse personas ratione praeditas significat; Sacy gram. 2. 370. Rosenm. instit. synt. XXXVIII. Tychsen Gram. §. 101. Vocabulum نَاهِدٌ et plur. نُهَّدَآءُ, turgentibus mammis praedita, etsi formam masculinam habet, tamen non significat nisi feminas; quod variis adjectivis, quae nonnisi feminis tribui possunt, accidere videmus, ut e. g. vocabulo حَامِلٌ gravida. Quorum vocabulorum genus ab ipsa jam significationis natura indicatur.

Pag. 4. *lin.* 2. أَشَرِيفٌ أَنْتَ num nobilis tu? esne nobilis? Elif vocabulo شَرِيفٌ praemissum est particula interrogativa.

lin. 3. لَمْ يَعْلَمْ non scivit; post particulam لَمْ ponitur futurum conditionale vel apocopatum; Sacy gram. 2. 51. Rosenm. instit. synt. CXXVI. Tychsen Gram. §. 38.

lin. 4. مَا أَنَا شَرِيفًا non ego nobilis sum; شَرِيفًا ideo in accusativo positum est, quia ubi ad particulam negandi مَا adposita sunt subjectum atque attributum, verbo كَانَ omisso, ibi attributum in accusativo ponitur; Sacy gram. 2. 96. Rosenm. instit. synt. CLXXXVI. Tychsen Gram. §. 121. أُعْرَفُ بِعَلِيّ بْنِ أَحْمَدَ noscor per Ali ben achmed, i. e. adpellor Ali ben achmed; nomen عَلِيّ hoc loco, etsi in loco regiminis vel quem vocant statu constructo positum non est, tamen abjecit nunnationem, quoniam positum est ante vocabulum أَبْن atque adjectum nomen proprium; Sacy gram. 1. 739. Rosenm. instit. CCCXLIV. Tychsen Gram. §. 85.

Pag. 8. Versiculi, *lin.* 11 — 14, ita vertendi sunt:

Neque quidquam fit nisi ut, ex inopinato ea conspecta,
Ita ego perturber, ut nihil respondere queam,
Atque abjiciam consilium, quod antea ceperam,
Neque recorder inceptum nisi quum ea abierit.

Pro إِلَّا أَنْ potius scribendum videtur إِلَّا أَنْ nisi quod; iidem enim fere versiculi in codice Lugdunensi carmina Hudseilitarum complectente, et quidem in quodam Abu sachri carmine, ita scripti leguntur:

فما هو الا أن أراها فجاءة
فأبهت لا عرف لدي ولا نكر

Neque quidquam fit nisi ut, ex inopinato ea conspecta,
Ita ego perturber, ut nec bonum mihi suppetat nec malum.

Pag. 17. Versiculi, *lin.* 15—18, hi sunt:

> Dissimulavi amorem, quum ipse amor quasi reddiderit
> Illius venustatem solem spectantem ad solem;
> Jam vero angustus mihi videtur totus mundus,
> Quia discessit illa, quasi in carcere essem.

Pag. 18. Versiculi, *lin.* 4—7, hi sunt:

> Quousque tandem nos fugies quacunque nocte?
> Nonne abjicies tandem inimicitiam atque fugam?
> Leniter agas! ipsum enim tempus potest
> Efficere tale discidium! exspecta itaque tempus!

vocabulum أَلَا hoc loco scriptum est pro: هَلَّا nonne?

Versiculi, *lin.* 13. 14, hi sunt:

> Donec, quum discidium ei protrahatur,
> Medius exstet inter discidium et simultatem;
> Donec, quum discidium ei protrahatur,
> Accedat denique ad amicam etiam invitus.

Pag. 108. *lin.* 1. Quemadmodum hoc loco poeta dicit: طَامِنْ حَشَاكَ quietum redde animum tuum, ita Haririus, pag. 123: بَرِّدْ حَشَاكَ recrea animum tuum.

Pag. 174. *lin.* 16. Verbis فَالِقُ ٱلْحَبِّ وَٱلنَّوَى scindens granum et nucleum, significatur Deus, quemadmodum in Korano fit sur. 6. vers. 95. ed. Hinckelmann.

Ut denique de re metrica quoque nonnihil dicam, carminis, quod pag. 151 legitur, metrum adscribam. Est hoc metrum ex eo genere quod ٱلْوَافِر i. e. exuberans, nuncupatur; primitiva ejus forma in hoc carmine usurpata haec est:

> ◡ – ◡ ◡ –   ◡ – ◡ ◡ –   ◡ – –
> ◡ – ◡ ◡ –   ◡ – ◡ ◡ –   ◡ – –

Sed pro pede ◡ – ◡ ◡ – etiam pedem ◡ – – – ponere licet. Clerici scientia metrica; Oxon. 1661. pag. 65—68. Kosegarten Amrui ben kelthum moallaka; pag. 41. 42. Ewald de metris carmin. arabic. pag. 53—56.

Singulorum carminis versiculorum metra haec sunt:

1.	∪ – – –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
	∪ – – –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
2.	∪ – – –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
	∪ – ∪ ∪ –	∪ – – –	∪ – –
3.	∪ – – –	∪ – – –	∪ – –
	∪ – ∪ ∪ –	∪ – – –	∪ – –
4.	∪ – ∪ ∪ –	∪ – – –	∪ – –
	∪ – ∪ ∪ –	∪ – – –	∪ – –
5.	∪ – – –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
	∪ – ∪ ∪ –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
6.	∪ – – –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
	∪ – – –	∪ – – –	∪ – –
7.	∪ – ∪ ∪ –	∪ – – –	∪ – –
	∪ – – –	∪ – – –	∪ – –
8.	∪ – – –	∪ – – –	∪ – –
	∪ – – –	∪ – – –	∪ – –
9.	∪ – ∪ ∪ –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –
	∪ – ∪ ∪ –	∪ – ∪ ∪ –	∪ – –

Forma primitiva arabico more scripta haec est:

مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ فَعُولُنْ

مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ فَعُولُنْ

Pes ∪ – – – vero est مَفَاعِيلُنْ.

Ciceronis, M. T., Tusculanarum disputationum libri V. ex recens. Fr. A. Wolfii, tertiis curis emendatiore. Accedit diversit. Lectionis Ernestianae. 8maj. 825. Charta impr. 18 gr.
— script. 1 Rthlr. 6 gr.
— de divinatione libri duo, ex recensione et cum notis I. I. Hottingeri. 8maj. 795. c. fig. 8maj. 1 Rthlr. 4 gr.
— — epistolae selectae, ad temporum ordinem dispositae. In usum scholarum edidit Aug. Matthiae. Editio 2a et aucta. 8maj. 825. 1 Rthlr. 8 gr.
— Liber de Fato, ex recensione I. H. Bremi. 8maj. 795. 8 gr.
— orationes VII. pro S. Roscio, pro lege Manilia, in Catil. IV. et pro Murena. In usum schol. edid. et illustr. Aug. Matthiae. Editio 2a et aucta. 8maj. 826. 22 gr.
Crustula. In usum scholae Portensis. 12maj. 826. 9 gr.
Doederlein, Dr. L., lat. Synonymen u. Etymologieen. 1r, 2r u. 3r Theil. gr. 8. 826—28. à 18 gr. 2 Rthlr. 6 gr.
Epistolae clarorum virorum, quae inter Ciceronis epistolas exstant, in unum volumen redactae et duplici commentario illustratae a Beniamin. Weiske. 8maj. 792. 1 Rthlr.
Euripidis Cyclops, Graece, edidit et perpetua adnotatione illustravit M. I. G. Chr. Hoepfner. 8maj. 789. 1 Rthlr.
Eutropii Breviarium historiae Romanae ad libros scriptos editosque recensitum et virorum doctorum notis vel integris vel selectis inlustratum adiectis suis edid. C. H. Tzschucke. 8maj. 796. Charta impr. 2 Rthlr. 8 gr.
— script. 2 Rthlr. 20 gr.
Gesenius, Dr. W., hebräisches u. chaldäisches Handwörterbuch über das alte Testament. 3te verb. verm. und mit einem deutsch-hebräischen Register versehene Auflage. gr. 8. 828. 3 Rthlr. 16 gr.
— ausführliches grammatisch-kritisches Lehrgebäude d. hebräischen Sprache, mit durchgängiger Vergleichung der verwandten Dialecte. gr. 8. 817. 4 Rthlr.
Handbuch, zur Kenntniss der griech. Alterthümer, in Rücksicht auf Genealogie, Geograph., Mythol., Kunst u. Geschichte; zum Gebrauch f. d. Jugend beym Lesen der Alten bearbeitet. Mit 2 Charten. Neue wohlfeile Ausgabe. 8. 819. 1 Rthlr. 4 gr.

Horatii, Q. Flacci, Opera, illustravit C. G. Mitscherlich. Tom. I. et II. cum 16 fig. impr. 8maj. 800. 6 Rthlr.

Hude, B. H. von der, kleine deutsche Sprachlehre zunächst f. Töchter- u. Bürgerschulen. 2e verm. u. verb. Aufl. 8. 813. 12 gr.

Isocratis, Atheniensis, Archidamus, in usum scholarum. 16. 822. 6 gr.

Koberstein, Aug., Grundriss der Geschichte der deutschen National-Literatur zum Gebrauch auf Gelehrten-Schulen. gr. 8. 1827. 22 gr.

— Leitfaden beim Vortrag der Geschichte der deutschen National-Literatur f. d. Schüler der obern Klassen entworfen. gr. 8. 828. 6 gr.

Matthiä, Aug., ausführl. griech. Grammatik. 2 Theile. 2te ganz umgearb. u. verm. Auflage. Mit dreifachen Registern. gr. 8. 1825. 27. 4 Rthlr.

— — griech. Schulgrammatik, 2te ganz umgearb. Aufl. gr. 8. 824. 1 Rthlr.

— — Lesebuch für die mittlern Klassen gel. Schulen, mit e. griech. deutschen Wortregister, u. beständiger Hinweisung auf seine Grammatik. Lucians Göttergespräche enthalt. gr. 8. 809. 18 gr.

— — Entwurf einer Theorie des latein. Styls. gr. 8. 826. 10 gr.

— — Griechische Formenlehre für Anfänger. gr. 8. 814. 8 gr.

Melae, Pomp., de situ orbis, libri III. Commentario C. H. Tzschuckii breviori in usum scholarum instruxit A. Weichert. 8maj. 815. 1 Rthlr. 4 gr.

Ovidii, P. N., Opera omnia, Ad. opt. libror. MSS. fidem edidit et varietate lect. indicibusque instruxit. J. Ch. Jahn. Vol. I. Heroides. amores, ars amatoria, medicamina faciei, et remedia amoris continens. 8maj. 1827. 2 Rthlr.

Passow, Dr. Fr., die Lehre vom Zeitmaasse d. griech. Sprache. Fol. 826. 9 gr.

Quintiliani, M. Fabii, de institutione oratoria lib. XII, ex recensione Spaldingii ad usum scholarum accommodati, subiectae sunt textui notae exeget. partim novae, in fine additi indices curante G. A. B. Wolff. 2 Vol. 8maj. 1816—21. 3 Rthlr. 16 gr.

Ramshorn, L., lateinische Grammatik. gr. 8. 824. 2 Rthlr.
— — lateinische Schulgrammatik. gr. 8. 826. 1 Rthlr.
— — lat. Elementarbuch, nach einer neuen Methode, u. mit Rücksicht auf seine kl. lat. Schulgramm. bearbeitet. gr. 8. 826. 21 gr.
Sammlung, geistlicher Lieder, z. Gebrauch für Schulen, 8. 827. 10 gr.
Schneiders, J. Gottl. Saxo, griechisch-deutsches Handwörterbuch etc. für Schulen, ausgearbeitet von Dr. Franz Passow. 2 Bände. 3te verb. u. stark verm. Aufl. 4. 1828. Druckpap. 7 Rthlr.
Senecae, L. Annaei, Medea et Trojades. Cum notis ineditis J. F. Gronovii ed. A. Matthiae. 8maj. 1 Rthlr. 12 gr.
Taciti, C. Cornelii, Germania, curante Chr. Fr. Teubert. 16. 6 gr.